















COLLECTION
A.E. PRATT

Rarissime

40 f.

43137

Very rare



In usum Doct. Ferrucii. 3. ass. 1601.

PHARMACOPOEA IN COMPENDIVM REDActa per Iohannem Placotomum.

Eiusdem Dispensatorium vsitatissimorum hoc tempore medicamentorum descriptiones continens.



ANTVERPIAE,
Apud Viduam Martini Nutij,
Anno M. D. LX.

Cum Gratia & Priuilegio.

INuictissimi Regis nostri Philippi Priuilegio cautum est, ne quis alius prçter Viduam Martini Nutij intra quadrienniũ imprimat Pharmacopœam in Compendium redactã per Iohannem Placotomum. Secùs qui faxit, multa in sanctione æstimata pœnas pendito. Datum Bruxellæ 20. Martij. 1560.

Subsigna.

Ph. Lens.

AMPLISSIMIS, HONESTISSIMIS, ET PRUDENTISSIMIS VIRIS CONSULIBUS ATQUE SENATORIBUS INCLYTAE CIVITATIS LUBECENSIS IOHANNES PLACOTOMUS S. D.


QVAMVIS vobis ignotus, & in Republica vestra non versatus sum Viri amplißimi & Prudentißimi, nihilominus tamẽ humanitatis & erga literatos omnis generis beneuolentiæ vestræ prædicatione adductus, opus de arte com-

ponendi medicamina, in vſum Tyronum à me conſcriptum, vobis dedicare conſtitui. Nec dubito quin & ſtudium & factum hoc meũ, vbi cauſam conſiliumq; editionis cognoueritis, atq; pro veſtra prudentia paulò accuratiùs perpẽderitis ſitis probaturi. Cùm Dantiſci ante aliquot annos Medici munere fungerer, cognatum quendam ad pharmacopœã diſcendam in officinam medicamentariam Senatus adhibui. Vt autem non vſu tãtùm, quemadmodum opifices ſolent, ſed ratione artem tam præclaram diſceret, methodum artis qua potui breuitate deliniaui, ex qua principia & ordinem capitum hauriret. Eam non ipſe ſolùm, ſed et quidã alij, vt in Germaniã ſecum aſportarent tranſcripſerunt. Vbi verò denuo poſt temporis interuallum in ſcriptum illud inciderem, inueni quædam ſine iudicio mutata, quædã tranſpoſita, quædam etiam non neceſſaria adiecta, adeò vt vix agnoſcerẽ amplius. Hanc ob cauſam antogra-

phum ipſum recognoui, & paucis additis abſolui, atq; prælo ſubieci, vt Tyrones ad libros & artes neceſſarias reuocentur, ne vſum ſolum ſufficere abſque aliqua literarum cognitione ſibi perſuadeant, quod omnino neceſſarium eſſe duxi. Tanta enim eſt hac tempeſtate Seplaſioru͂ inſcitia, vt quidam ne nomen quidem ſuum declinare ſciant. Quidam adeò ſunt impudentes, vt gloriētur inſcitiam ſuam. Audiui à quodam non ita pridem, ſe eſſe germanicum, non latinum pharmacopœum: & rectè, neque enim intelligit latinam linguam, nec concedit diſcipulo ſuo, vt latine cum alijs loquatur, aut latinos authores legat. Vnde factum eſt, vt Grammaticam quam antea vtcumque callebat, nunc prorſus ignoret. Huic malo ſanè pernitioſo remedium quærendum eſt. Quomodo enim ritè parare medicamenta poteſt, qui deſcriptiones eorum non intelligit? quomodo deſcriptiones intelliget, qui Gram-

maticam ignorat? Dedi pro viribus operam, vt necessaria tantum, eáque breuiter (vt decet in Compendijs) complecterer. Obseruaui quoque quantum potui ordinem, quo in artibus tradendis nihil vtilius est. An verò assecutus sim quòd volui, dubito, mihi profecto nondũ satisfeci. Sunt enim quædam quæ vix in ordinem cogi posse videntur, quemadmodum præparationes medicamentorum. Nam si ordinem literarum obseruare voles, res inter se cognatas distrahere oportet, vt sunt Assatio & Vstio, quæ re ipsa cognata sunt, literis tamen longißimè distant. Ordinem verò naturæ: vbique seruare difficile est. Aliorum ergo iudicio me submitto, potißimùm verò vestrorum Medicorum doctißimorum Virorum, quos ita de hoc scripto, quemadmodum alios de suis iudicare volent, censuram agere cupio. Si quid displicet, moneant priuatim, vel publicè castigent, & meliora proferant.

rant. Non scripsi hæc Medicis, non magistris huius artis, sed Tyronibus, vt sicut in alijs, ita in hac quoque ειςαγωγη siue Epitome aliqua extaret, qua cognita & fundamento iacto, Syluij Libros eruditißimos adeant, & diligentißimè euoluant, in quibus nihil, quod ad artem medicamentariam pertinet omissum, & non copiosißimè traditum est. Hæc est breuiter editionis ac dedicationis ratio, alias causas in præsentia omitto. A nobis autem viri amplißimi & honestißimi maiorem in modum rogo, vt munus hoc ab ignoto profectum æquo animo recipiatis, boniq; consulatis, & Medicorum vestrorum censuræ subijciatis. Quod si à vobis receptum & adprobatum fuerit, maximo beneficio me adfectum esse minimè dubitabitis. Valete. Dantisci in die Martini.



PHARMACOPOEA.

Pharmacopœa quid?

PHarmacopœa est ars factiua, ritè colligendi, eligendi, pręparandi, asseruandi & componendi, miscendiq́ue medicamenta.

Diuisio Pharmacopœæ.

Pharmacopœa, alia est Empirica, quæ inspectione tantùm, imitatione & vsu comparatur, qua hoc tempore, plerique Pharmacopœi solùm vtuntur. Alia Rationalis, quæ non modum solùm, sed & causas præparandorum & componendorum pharmacorum monstrat, ea paucis nota est.

Quomodo Pharmacopœa differat à Medicina.

Pharmacopœa differt à Medicina ſicut ars culinaria: vtraque enim Medicinæ ſubſeruit, & valetudini neceſſaria præparat. Pharmacopœus de materia & forma medicamẽtorũ ſollicitus eſt: Medicus vires potiſſimũ cõſiderat, & vſum illorũ expẽdit.

Quomodo Pharmacopœi à Pharmacopolis differant?

Pharmacopolæ, quas vulgò Materialiſtas vocari opinor, rudes magna ex parte medicamentorũ materias, maximeq́ue exoticas vendũt: Pharmacopœi eaſdem præparant & miſcent.

DE HERBARIIS.

Herbarij & Rizotomi ſimplicibus colligendis & comportandis vtriſque ſeruiunt.

Quid neceſſarium ad hanc artem diſcendam?

Ad discendã Pharmacopœam omnino opus est cognitione latinę linguæ, vt medicamentorũ descriptiones rectè legi, intelligi & cõponi possint, nec admittendus est Grãmaticæ imperitus ad hanc artẽ discendã, vel recipiendus etiamsi eam didicit propter periculum, quod ex male intellectis medicamentorum descriptionibus oboritur, quẽadmodũ experientia quotidiana ostẽdit, & exempla in prõptu sunt. Est & aliqua saltem Græcæ linguæ notitia necessaria, nam pleræque medicamentorum, non tam simplicium quàm compositorũ appellationes Græcę sunt. Nec parum ad rei cognitionem confert, vocabula rectè intelligere. Vtilis esset & quarundam aliarum artium notitia, vt Dialecticæ, Philosophiæ naturalis, & Alchimisticæ, ad dextrã medicamentorum tractationem, maximè verò naturalis Philo-

ſophiæ, ſine qua nemo egregius Pharmacopœus eſſe poteſt, nec vlla ars eſt alia in qua, tam illuſtria exempla variarum mutationum cernuntur, quam in hac. Neque etiam Pharmacopœus Arithmeticę imperitus eſſe debet, non ſolùm propter pharmacorum in emendo vendendoq́ue pretij ęſtimationem, ſed multò magis vt põdera ſimplicium & proportiones inter ſeſe rectè computare poſſit: verbi gratia, quando Antidoti alicuius tertia, quarta, vel octaua pars tantum requiritur, quantum cuiusq́ue ſit accipiendum. Deinde quantum in vnaquaque antidoto triplum mellis aut ſacchari ſit ad ſpecies, &c.

Quibus Libris opus ſit Pharmacopœo?

Ante omnia Pharmacopœus Dioſcoridem ſedulò euoluere

de-

debet, & potiſſimùm cum comento aliquo probato, quale eſt Valerij Cordi Germani, ſimplicium medicamentorum longè peritiſſimi. Ex Arabibus, Serapionem: item Meſuem de ſimplicibus medicamentis, & quoſdam Herbarios receptos, nec in ſpectione ſolum, vt plerique faciunt diſcat, ſed etiam lectionem Authorum adiungat: vnus autem Syluius inſtar multorum eſſe poteſt, qui ex Græcis pariter & Arabibus alijsq́ue Authoribus, optima queq́ue, tanquam ſedula apicula excerpſit, & fideliſſimè in tres libros de Simplicium Medicamētorum delectu, pręparationibus & miſtionibus inſcriptos congeſſit, quos poſt noſtrā Iſagogen aſſiduè legēdos & manib⁹ verſandos eſſe cēſeo.

Obiectum Pharmacopœæ.

Obiectum Pharmacopœę eſt

Pharmacum, ſicut culinariæ alimentum.

Finis Pharmacopœæ.

Finis pharmacopœæ eſt medicamẽti iuſta forma, ad quã acquirendã bona materia & legitima ſimpliciũ cõiunctione opus eſt. Alia enim per ſe iũgi poſsũt, alia verò nõ, niſi medio aliquo intercedẽte, quo ceu glutino cohęreant. Oleũ & Terebinthina inter ſeſe facilè ſimul coeunt, oleum vero & acetum non item, hoc enim ſubinde deorſum, illud verò vt alia pinguia ſurſum contẽdit, intercedente autem Lytargyro coquendo vnum corpus conſtituunt, quod Emplaſtrum Tripharmacum appellatur.

Medicamentum ſeu Pharmacum quid.

Alimenta ſunt materiæ, quæ cor-

corpus nutriunt & nugent, Medicamentum verò propriè est materia, quæ corpus humanũ siue ingeratur per os, siue extrinsecus admoueatur, alterare potest.

Diuisio Pharmacorum.

Pharmacorum alia sunt simplicia, quæ videlicet talia sunt, qualia ea natura produxit, siue quibus nihil aliud arte admixtum est. Alia composita, quæ ex simplicibus constant: vocantur aliquando composita quoq; simplicia, verũ improprie vt diaprunum simplex, oximeli simplex, & respectu alterius, eiusdem generis compositi, quod plura recipit medicamina.

Diuisio Simplicium medicamentorum.

Simplicium alia sunt indigena quæ apud nos proueniut alia peregrina, quæ aliunde ad nos ad-

por

portantur, & exotica vocantur.

Vnde Simplicia denominentur.

Simplicibus non temere indita ſunt nomina, ſed ab aliqua occaſione vel cauſa vt in exemplis patet. Donominãtur ergo quædam.

Ab inuentore vt Centaurium Achillea.

A regione vbi vel tantum vel laudatiſsima proueniant vt Rhaponticum, Terra Lemnia, Iris Illirica, Dictamnus cræticus petroſelinum Macedonicum.

A natali ſolo vt Polium montanum, plantago paluſtris, tribulus aquaticus.

A ſapore vt dulcis radix, Acetoſa, Amigdala amara, πικρὶς.

Ab odore ηδύοσμος, Cotula fœtida, aſa fœtida.

A colore, populus alba, nigella, ceruleus.

A figura vt pentaphillon, perfo-

ſoliata, ariſtolochia rotunda.
Aduratione vt ἀείζωον, Semperuiuum, Amaranthum.
Ab vſu bechion quia tuſſi medetur μαλαχη à facultate molliēdi vuularia, quia ad vuæ affectiones adhibetur.
A contētis, mala granata, à granis ſiue ſeminibus copioſis in ſe contentis.
Ab animalibus qui ijs delectātur, vt Meliſsa ab apibus quæ ea plurimùm delectantur.
A ſimilitudine, burſa paſtoris, quæ habet quaſi loculos quoſdam in quibus ſemē continetur
A ſpecie vt cardamomum maius, polium maius.
Denominantur & partes a toto. Vt Epar lupi, pulmo vulpis, Folia querci. &c

Vnde Simplicia ſumantur.

Simplicia quædam plantarū partes ſunt, quædam ex terra fodiun

diuntur, quædam ex aquis & in littoribus colliguntur, quædam ab animalibus ſumuntur, quæ principio enumerabimus, ſunt enim quaſi media inter alimenta & pura medicamenta. Neque verò omnia animalia, neque omnes plantæ, aut plantarum partes in vſu ſunt, ac ſtultè faciunt, qui in inuſitatis materijs inquirendis, multum ſtudij ac operæ ponunt, & omnia ſe aſſequi poſſe perſuaſum habent, negligentes interim magis, neceſſaria. Quibus accidit quòd dici ſolet, vt neceſſaria ignorent, quia non neceſſaria diſcunt, ita verò ſe res habet. Diſcenda primùm omnium vſitata & neceſſaria, poſtea ſi tantum ocij eſt, etiam reliquorum ſtudium adiungatur.

QVAE MEDICAmenta cognoſcenda & cōparanda Pharmacopœo.

DE

DE ANIMALIBVS.

Animalia ſunt ſubſtantiæ animatæ ſenſu motúque præditæ.

Diuiſio Animalium.

Animalium alia ſunt ſylueſtria, feræ dicta, alia domeſtica, alia vtriuſque generis, vt equi, anſeres, anates: alia ſunt greſſilia, alia reptilia, alia volatilia, alia ſaltatilia, alia natatilia, alia loco adherentia. Quędam amphibia, vt Ranæ, fibri.

Alia Diuiſio.

Alia ſunt ſalutaria, alia venenata, horum omnium quædam integra ſeruantur, quorundam verò tantum partes in vſu ſunt.

De partibus Animalium.

Partiū animaliū aliæ ſunt ſimpli-

pli-

plices, Vt Oſſa, carnes, pinguedi nes, medullæ, cartilagines mem- branæ, chordæ: Aliæ compoſitæ vt cerebra, corda, pulmones, in- teſtina, Epar, Renes.

VSVS.

Ab animalibus pleriſque non alimenta ſolum, ſed & medica- menta ſumuntur, vt ſunt domeſ tica, oues, boues, ſues, anſeres, Gallinę, &c. Fera, vt Cerui Lepo res. A quibuſdam autem tantũ medicamenta, vt ſunt Lupi, Vul pes, & venenata omnia.

ANIMALIA IN- TEGRA.

Aſelli,
Cancri fluuiatiles,
Cantharides,
Formicæ,
Hirundines,
Limaces, Cochleæ,

Lumbrici terreſtres,
Ranæ,
Ranæ virides,
Stinci, Scingi Veri,
Scorpiones,
Viperæ, Tyri,
Vulpes,

ANIMALIVM PARTES.

Calcaneus Leporis.
Calcaneus Cerui.
Caſtoreum, Teſtes fibrorum
Cerebrum Leporis,
Cerebella paſſerum,
Cornu Capræ,
Cornu Cerui,
Craneum hominis,
Ebur,
Fel auium ex rapina viuentium,
Fel Tauri, Capræ, Leporis.
Genitale Cerui,
Gluten piſcium, colla piſcium, ichthiocolla,
Lapides è capite Ciprini, vulgo

Car-

Carpiones,
Lupi Epar,
Lupi inteſtinum,
Maxilla Lucij, mandibula Lupi (piſcis,
Oculi Cancri,
Os è corde Cerui,
Os ſepiæ, Teſta ſepiæ,
Oſſa humana,
Pelliculæ ſtomachorũ Gallinæ,
Pili Leporis,
Pulmo Vulpis,
Vngula Aſinorum,
Vngula alcis,
Vngula Caprorum,
Vnicornu cornu, Monocerotis.

AXVNGIAE SIVE PINGVEDINES.

Axungia { Anathina, Anſerina, Ardeę, Caponis vulgò capi

Axungia { Canina, Felis, Cati, Gallinaçæa,

Hu-

Axungia Humana.
Porcina, Suilla.

Seuum { Taxi,
Vrſina,
Vulpina,
Ceruinum,
Hircinum,
Taurinum.

MEDVLLAE.

Bubulina,
Ceruina,
Hircina
Vitulina.

Sumpta ab Animalibus.

Butyrum ſalis expers
Salſum.
Caſeus
Cæra alba natiua
Factitia.
Cæra rubea, vulgo Flaua,
cru-

cruda,
Cotum, Bombax,
Cibetum Cibeth,
Coagulum Leporis
Hyssopus humana, vulgò œsy-
pus Galen.
Lana succida,
Mel,
Mel virgineum,
Lac,
Lac { Asinæ,
Capræ,
Muliebræ,
Vaccæ.
Moschus,
Oua,
Oua formicarum,
Oua gallinarum,
Propolis,
Sanguis hirci,
Serum aqua lactis vulgò
Serum Caprinum, Vaccinum,
Sericum, Seta,
Sperma cæti, Maris flos Iuch.
Spolium serpentis, senecta serpē
tis, Vernatio.

Testa oui, exclusi pulli.

EXCREMENTA ANIMALIVM.

Stercus bubulum, caninum, album grecum vulgò.

Stercus { Columbinum. Caprinum, Gallinaceum, Hirundinum, Lupinum, Murinum, Ouillum, Puerorum, Vrina humana.

DE PLANTIS.

Plantę sunt substantiæ animatæ ex terra vi solis, aliorumque astrorum productæ.

Diuisio Plantarum.

Plantarum aliæ sunt exoticæ,

quæ aliundè ex longinquo adportantur, aliæ indigenæ, quæ apud nos vel in vicinia nascuntur. Harum rursus aliæ spontè proueniunt, aliæ per culturam, aliæ vtroque modo: Spõte prouenientium, aliæ sunt sylvestres, aliæ campestres: Cultura prouenientium, aliæ in hortis, aliæ in agris nascuntur, aliæ per insitionem, aliæ per seminationem.

Species Plantarum.

Plantæ diuiduntur in Arbores frutices, suffrutices & herbas

Partes Plantarum.

Partes plantarum, sunt succi & reliqua solida omnia. De succis infrà.

Partes plantarum solidæ.

Partes plantarum, aliæ sunt

vere

veræ siue essentiales, aliæ accidẽtales, aliæ adnata. Partes veræ sunt, radices, stipites, ligna, medullæ cortices, rami, surculi, folia, flores, semina fructus, succi, non veræ, resinæ gũmi. Adnata siue excrementa arborum, muscus, viscus, fungi.

DE NOTITIA PLANTARVM.

Duplex plantarum, aliarumq́; materiarum ad medicamenta necessariarum notitia, nempe Generalis & Exacta. Generalis crebra inspectione & tractatione acquiritur. Exacta verò non solùm inspectione, sed consideratione substantiæ & qualitatum pẽsitatione, accidentiũq́; obseruatione comparatur. Cognoscuntur igitur, & inter sese discernũtur plantæ substãtia & qualitatibus, videlicet saporibus, odoribus, & coloribus, alijsq́; acciden

tibus de quibus omnibus pauca quædã summatim perstringam.

DE SVBSTANTIA.

Substantiæ vocabulo improprie sumpto, continentur, solidum, liquidum, pellucidum, opacum, crassum, tenue, rarum, densum, asperum, leuè & similes tactus qualitatis secundæ.

Solidum est quòd per se consistit, Vt ligna, radices, metalla. Liquidum, quòd nisi ab alio cõtineatur, diffluit, Vt argentum viuum, succi expressi, aliįque liquores fluidi.

Pellucidum, quòd perspici potest, Vt aqua, chrystallus, succinum, phalernum. Opacum contra: vt metalla, lapides.

Crassum est, quòd ægrè intenues partes comminuitur. Tenuè quòd promptè in tenues partes comminui potest.

Densum, quòd exiguos meatus ha-

habet, vt lignum gaiacum, marmor, ebur. Rarum, quòd magnos meatus habet, vt lignum tiliç, agaricum. Integrum solidũ, quod non habet foramina vt gẽmę. Cauum siue perforatum cõtra vt margaritarum, aliç solidę aliç perforatæ. Gallarũ, aliæ cauæ, aliæ perforatę.

Leue est quòd facilè eleuatur, vt spongia agaricum, pumex, bõbax. Graue, quòd difficulter attollitur, vt argentum viuum, litargyron.

Friabile, quòd leuiter coheret & facile cõteri potest, vt amylũ agaricus, amiantum. Lentum, quòd tenaciter cohæret, nec facilè teri potest, vt gentiana, nux vomitoria, cæra. Glutinosum, quod digitis adhęret, & facile cum alijs cõglutinatur, vt aloe, pix, terebinthina, & contrarium ipsius lubricum, quod non adhęret, vt rhabarbarum, colocinthis. Fissile, est quod rectas

fibras habet, ideoq; facile findi poteſt, vt lignum ſantali rubrũ, quoddam genus ligni aloes odoratiſſimum. Non fiſſile quod transferſas & inter ſe complexas fibras habet, nec ſcindi poteſt, vt lignum Gaiacum, & lignum Aloës nodoſum. Læue cuius ſuperficies eſt æqualis, vt ærugo ſyncera, bolus armeniacus: Aſperum, cuius ſuperficies eſt inæqualis. Vt oſſa ſæpiæ pumex,

Durum eſt cui cedit digitus comprimens, vt ligna, lapides. Molle, quòd cædit digito comprimenti, vt cera calefacta.

DE SAPORIBVS.

Quid ſint ſapores, difficilè eſt definire, deſcribere autem facilè: ſunt enim illæ qualitates quæ lingua propriè percipiuntur. Habet autem quilibet ſenſus, ſua peculiaria obiecta,

de quibus alius ſenſus iudicari non poteſt. Saporum notitia Pharmacopœo valdè neceſſaria eſt. Sunt enim ſapores quarundam rerum præcipuæ & euidentiſsimæ notæ. Quædam materiæ ſunt inſipidæ, vt aqua, albumen oui, quædam verò ſapores habent, vt aquæ medicatæ. Sapores ſimplices ſunt, acris amarus, ſalſus, auſterus, acerbus, acidus, dulcis, pinguis. Acris à quibuſdam acutus dictus, vt ex Edulijs Allium, Cæpe, naſturcium: ex condimentis, zingiber, piper: ex medicamentis, pirethrum, Eruca, Amurus: vt Amigdala amara, lupini, flores lupuli, bilis flaua, aloë, colocinthis. Salſus, vt ſal, & ſalſa omnia braſſica marina. Auſterus, qui & Stipticus dicitur: Vt Cydonia, gallæ, aluminis ſpecies omnes.

Acerbus vehementer auſterus, vt prunella ſylueſtria immatura.

Acidus, vt acetum, ſuccus aci-

dus citri mali ſuccus pomorum aranciorum acidorum, herbæ acetoſæ.

Dulcis, vt lac, Saccharum, mel Glycyrriza.

Pinguis ſiue oleoſus, vt Butyrum, oleum maturum, iuglandes vetuſtiores, amigdala dulcia antiqua, ſperma cęti.

Sapores vehementer variant in materijs propter mixturarum diuerſitatem. (Alia enim eſt amaritudo abſinthij, alia aloes, alia gentianæ. Alia eſt dulcedo, ſacchari, alia mellis, alia Glycyrrizæ) Synceros ſapores enim haud facile eſt inuenire, ſed ex multorum guſtatione idea alicuius ſaporis animo concipitur.

Hi ſapores etiam variæ componuntur, alius eſt vinoſus ex dulci & acido, alius γλυκύπικρος, ex dulci & amaro, vt herba vulgò amarum dulce dicta, reliqui appellationibus ferè carent.

Viden-

Videndum ergo eſt, qui ſapores in vna aliqua planta continentur (exempli gratia) Agaricus primo guſtu apparet dulcis, mox amarus & ſtipticus, in Rhabarbaro amaror & acerbitas, manifeſtè deprehendi poſſunt.

Sunt & vitioſi ſapores, non minus pharmocopœo quàm naturales cognoſcendi & obſeruandi, vt rancidus ambuſtus, putridus, exoletus, ęruginoſus, ex his enim materias corruptas eſſe cognoſcitur. Rancidus ſapor ſignificat in fructibus oleoſis & pinguibus, corruptionem aliquam ab alieno calore vel vetuſtate inductam, vt in pineis, amigdalis, nucleis iuglandium videre eſt.

Ambuſtus ſignificat etiam, vel caloris exceſſum, vel humoris defectum, vel artificis non ſtrenuè mouentis materiam, negligentiam, vt in ſucco glycyrrizæ

& decoctionibus quibusdam deprehenditur.

Putridus ex natiui caloris defectu & humiditatis alienæ excessu fit, vt in ouis putridis patet.

Exoletus (nam ita libet appellare Schal) fit quando liquores non probè teguntur, ita enim quicquid subtile & aërium est, exhalat, quemadmodum in omni potionum ferè genere vsu venire solet.

Aeruginosus sapor refert æruginem, & est quibusdam materijs familiaris, vt aceto scillitico. Quibusdam vero aduenticius, ideoque vitiosus, nam quando acida in æneis vasis nō probè purgatis coquuntur, vel cocta non sat cito effunduntur, æruginosum saporem contrahunt, sunt & alij quidā vitiosi sapores, qui latinis verbis exprimi non facile possunt,

DE ODORIBVS.

Odores ſunt qualitates, quę naribus & olfactu percipiuntur: Materiæ aliæ ſunt inodoræ, vt lapides, metalla, & herbæ quædam, aliæ odoratæ. Odoratorum, aliæ bene olent, aliæ fetent. Bene olentium, alia ſunt καρυοδμα quæ ſua vehementia nares & caput offendunt. Vt copia Cibetæ Moſchi, camphoræ, baſilici. Odorum appellationes, pleræque à ſaporibus ſumuntur, vt acris, amarus, dulcis, pinguis. Vnde & odoræ materiæ cognoſcuntur, vt in abſinthio & reliquis odoratis, videre eſt: varię etiam miſcentur odores, ſicut ſapores, quę varietas diligēter pharmacopœo obſeruanda. Hinc quandoque deſcribūtur plantæ nō communibus, ſed peculiaribus qualitatū appellationibus: verbi gratia phu ναρδιζει id eſt imitatur odorē nardi. Roſmarinus odorē thuris ſpirat, hinc libanothis dicta.

La-

Ladanum odorem aſari imitatur.

Fœtorum nullę ſunt diſtinctę appellationes, ſed in genere appellantur. Alia virus olent vt caſtoreum, alia aduſtionem vt reliquię herbarum in alembicis, alię putrefactionem.

DE COLORIBVS.

Colores communiſſimi ſunt, albus, ſubalbus, pallidus, ſubflauus, flauus, aureus, ruber, purpureus, viridis, ceruleus, fuſcus, liuidus, niger. &c.

Hi colores variè efferuntur, & nominibus à materijs ſumptis interdum appellantur, vt lacteus pro albo, buxeus pro flauo, croceus pro aureo, herbaceus pro viridi, &c. quę vſus & lectio authorum docebunt.

Exemplum.

Agaricum bonũ eſt albũ, leue rarum,

rarum, friabile; gustu primum dulce, deinde amarum, tandem subacre.

Appendix.

Etsi accidentium plantarum magna cognatio est, & multæ ad vnum genus reducuntur. Habet tamen quælibet species suũ peculiarem & quasi specificum colorem, odorem, saporem, & substantiæ compactionem, & multum differũt qualitates syncerae ab ijs quæ mixtis insunt. Amaritudo absinthij, ab ea quę in aloe est, vt iam dixi: dulcedo mellis & sacchari, acrimonia zingiberis à piperis distant plurimùm. Cùm igitur plantæ peculiares qualitates habeant, in ijs potiùs quàm in communibus cognoscendis operam sumere, oportet: neque verò ex vna tantum nota iudicandum est de materijs, quod quidam fa

ciunt, qui (exempli gratia) lignum aloes esse putant, eò quod amarorem habet, sed fallunt in hoc: oportet enim lignum aloes prestans, non solùm amarum esse, sed etiam aromaticũ & odore fragrantissimum, non solùm si incendatur, vel dentibus teratur, sed etiam per se naribus admotum. Quod verò ad substantiæ ipsius rationem attinet, variat; aliud enim densum, durum & nodosum est, aliud rarum, leue ac fissile. Quare præcipuas notas inspicere & obseruare in iudicando conuenit.

Regula.

Odorata quò odoratiora, eò meliora: dulcia quò dulciora, eò probatiora, & sic de reliquis. Crebra ergo inspectione, gustatione, olfactu, & tractatione perfectè simplicia discuntur, ad quod non parum, imò

plus quàm muti magiſtri facit fidelis præceptoris inſtitutio.

DE RERVM ICONIBVS.

Hoc loco non ineptè queritur an icones animaliũ & plantarum, aliquid ad rerum ipſarũ cognitionem faciant. Quidã id negant, quaſi ars nõ poſſit, ſatis res ipſas propter colorũ & ætatũ varietatẽ exprimere. Verùm ſatis cõſtat pleraſq; res nõ pictas ſolùm ſed etiã ſculptas ita exprimi, vt vel à pueris agnoſcantur. Quis enim imaginem galli aut pentaphilli pictam vel ſculptã et typographi opera expreſſam nõ agnoſcet? Nec dubium eſt quin ſi à veteribus animalia & plantæ accuratiùs atque fidelius eſſent deſcriptę & coloribus ſculpturiſque expreſſæ nõ tanta obſcuritas & ambiguitas de medi-

ea materia inter doctos iam esset. Extant imagines herbarum in Fuchsij herbarijs elegantissimæ. Extat & aureũ opus Conradi Gesneri viri in prouehendis communibus studijs excellentissimi, & amici nostri perpetuo colendi, icones præcipuorum animalium ad viuũ expressas continens: in quibus tanquã in amœnissimis hortis & syluis Pharmacopœus, non solum sese suauissimè oblectare, verùm etiam multarum peregrinarum rerum ideas animo concipere potest.

DE PLANTARVM PARTIBVS.

Dixi priùs duplicia esse simplicia, indigena siue domestica & peregrina, quoniam verò ambo ad aliquid dicuntur (nam quod alijs quibusdam domesticum, nobis peregrinum est, &

quæ apud nos naſcuntur, alijs peregrina eſſe poſſunt) ideo ambo ſimul, quemadmodum hactenus in animalium enumeratione feci, recenſebo, & in partibus plantarum ordinem literarum ſeruabo.

DE APPELLATIONIBVS SIMPLICIVM.

Appellationes ſimpliciũ valde variant, aliæ enim genuinæ ſunt, aliæ genuinæ quidem, ſed corruptæ, aliæ verò nothæ, aliæ in officinis vſitatę, aliæ verò, etſi meliores vſitatis, nondum tamẽ vſu receptę ſunt, quę res difficultatem aliquã diſcentibus parit: nos in Catalogo plerũq; vſitatiores principio ponemus.

DE CORTICIBVS.

Cortices ſunt tegmenta plantarum, ſicut cutis animalium.

Duplices autem sunt cortices exteriores, qui crassiores & lignosiores sunt : interiores qui pelliculę potiùs sunt quàm cortices, seu cortices membranosi.

CORTICES VSITATI.

A.

Aranciarum, vulgò auranciorũ, secundum quosdam.
Capparum, Capparorũ vulgò.
Casiæ ligneæ vulgaris, casiæ veræ, casiæ fistulæ, casiæ ligneæ.
Cinamomi, canellæ
Citrei mali, citri vulgò
Cydoniorum
Cupulæ glandium, colliculi glãdium.

E.

Ebuli
Esulæ radicis, thimeleæ,

F.

Fraxini.

G.

Gaiaci ligni

Gra-

Granatorum, pſidia vulgò, Sidia Gal. Malicorium latine.

I.

Iuglandium viridium.

M.

Macere iam caremus
Macis
Mandragoræ.

R.

Raphani

S.

Sambuci.

T.

Tamariſci, tamaricis, miricæ.
Thimiama, ſtorax rubea improprie & incõmode, Narcaphtõ.
Thuris.

FLORES.

A.

Agni caſti, viticis
Anethi
Anthos, Roſmarini
Amoris, flores, floramor, amaranthum purpureum.

B.

B.

Balauſtia, ſylueſtris punicę flos.
Betonicæ,
Boraginis, veri bugloſſi,
Brunellæ,
Bugloſſæ echij,
Buphthalmi.

C.

Camomillæ, chamemeli,
Carthami, Cnici,
Centaurij minoris,
Cichorij,
Croci.

E.

Epithimi,

F.

Fabarum,
Flores frumenti, cyani.

G.

Geniſtæ, ſparti.

H.

Herbæ paraliſis, verbaſculi odo-
rati.

K.

Keiri, cheiri, leucoia, violæ al-
bæ.

L.

Lauendulæ,
Lauendulæ maioris, ſpicæ,
Liliorum alborum,
Lilij conuallij,
Lupuli.

M.

Malue hortenſis & ſylueſtris,
Meliloti citrini,
Meliloti albi,
Meliſſæ,
Melyſſophylli,
Mirycæ falſæ Ericæ.

N.

Nenupharis, nimpheæ vngulæ caballinæ aquaticæ.

P.

Perſicorum,
Prunellæ.

R.

Roſæ albæ,
Roſæ rubræ,
Roſæ ſylueſtres cynoroda.

S.

Sambuci,
Schœnanthi iunci odorati, flo-

res

res iam non adportãtur.
Stechadis arabicæ
Stechadis citrinæ, amaranthi flaui.

T.

Tanaceti
Tiliæ
Tapſi barbati, verbaſci.

V.

Violæ.

FOLIA.

Folia ſunt latiores & tenuiores partes plantarum.

L.

Lauri
Lenticulæ aquæ

M.

Malabatrum, folium indi
Mezereon, Thymelea.

N.

Nenupharis

O.

Oculi populi, germina populi,

P.

Pulmonaria, muſcus, latifolius.

Q.

Q.

Querci

S.

Senæ

Senæ alexandrinæ

Scolopendriæ vulgaris linguæ ceruina, phyllitis vt quibusdam placet.

V.

Violaria, folia violarum

Vsnea, muscus.

FRVCTVS.

Fructus est id quod vltimò planta profert ad speciei conseruationem & propagationem, & dicitur potissimùm de grandioribus plantis: vt sunt arbores, frutices, suffrutices, &c.

Diuisio Fructuum.

Fructuum alij sunt esculenti, vt amigdala pineę, ficus. Alij medicati, vt anacardi Gallæ.

A.

Abatecha, cucumer magnus, Anguria dictus.
Alkakengi, halicacabi,
Amigdala dulcia,
Amigdala amara,
Anacardi, anacardia,
Antophylli,
Arantia, aurea mala,
Auellanæ, nuces ponticę.

B.

Baccæ lauri,
Berberis, oxyacanthæ
Bombax cotum, bossipium,
Ben granum ben, glans vnguentaria, Balanus, Myrepsila.

C.

Carpesium,
Caricæ, ficus passæ,
Cariophyli, caryophylli,
Carpobalsamum,
Capparis,
Cassia fistula, siliqua ægiptia,
Ceraſa,
Cibebæ
Citrea mala, medica mala,

Colo-

Colocynthis
Citonia, cydonia
Cubebæ
Cucumeris hortensis
Cucumeris syluestris
Cucurbitæ.

D.

Dactili, palmulę.

F.

Fausel, auellana inda.
Ficus
Fraga

G.

Gallæ
Glandes
Granata, mala punica.
Grana iuniperi, baccę iuniperi.

I.

Iuiubæ, zizipha
Iuglans, nux regia,

L.

Limones

M.

Mespila
Mirtilli, mirti baccæ
Mora celsi, mora

Mora rubi, bati
Mora rubi, idæi
Myrobalani, bellirici, chebuli, citrini, emblici, indi, nigri.
N.
Nux cypreſſi, coni cypreſſi, galbalus.
Nux indica
Nux moſchata, myrepſica, aromatica, Simeon. ſethi.
Nux pini ſtrobili
Nux vomica, nux vomitoria.
O.
Oliuæ
Oliuæ conditæ, colymbades:
P.
Paſſulæ
Perſica
Piper album, leucopiper
Piper nigrum, melanopiper.
Piper longum, macropiper
Piſtacia, fiſtici
Pira aromatica, moſcatellina vulgò dicta
Poma
Poma agreſtia

Pruna damaſcena, vngarica.
Prunella ſyluestria.
R.
Ribes
S.
Sebeſten mixa, mixaria recentioribus Græcis
Senæ folliculi
Sorbæ
Sumach, rhus
T.
Tamar indi, oxyphœnicum
Tribuli aquatici, nuces aquaticæ vulgò.
V.
Vuæ paſſæ.
X.
Xilocaracta, xiloceratia, ſiliquę.

FRVMENTACEA ET
Legumina.

A.
Auena
C.
Cicer album & rubrum

F.

Fabe albæ & rubræ.

H.

Hordeum

Hordeum excorticatum.

L.

Lentes

Lupini esculenti.

Lupini amari

M.

Milium

O.

Oriza

Orobi, Erui.

P.

Pisa.

GVMMI.

A.

Armoniacum, ammoniacum, gutta ammoniaca.

Arabicũ gummi, ægiptię spinę.

B.

Bdellium.

C.

Cerasorum.

Colophonia, pix græca
E.
Elemi, oleæ
Euphorbium
G.
Galbanum, chalbanum.
H.
Hederæ
L.
Lacca, canchamum, lacha.
M.
Mastiche
Mirrha.
O.
Olibanum, thus, masculum.
P.
Pix naualis, zopissa
Prunorum.
S.
Sarcocolla
Serapinum, sagapenum
Styrax calamitis
Styrax liquida
Styrax rubea vera.
T.
Tragacanthum

Thus

V.

Vernix, ſandaracha, gummi iu-
niperi.

HERBAE.

Sicut maximę plantæ arbores, ita minimę herbæ appellantur mediæ frutices & ſuffrutices.

A.

Abrotanum
Abſinthiũ põticũ, Romanũ, Me
Abſinthium vulgare (ſue.
Acetoſa, oxalis
Adiantum nigrum, politrichũ
Agnus, vulgò agn⁹ caſtus, vitex
Agrimonia, eupatorium Dioſ.
Alkakēgi, ſolanum veſicarium,
Halicacabus
Alleluia, oxijs
Altea, biſmalua, ebiſcus, hibiſc⁹
Alcæa
Androſemon
Anetum
Angelica, quidam ſmirniõ eſſe
putant, alij liguſticum.

Aquilegia
Arthemisia rubea
Asarum
Asparagus, spargus vulgò.
Atriplex
Auricula muris
B.
Balsamita, sisimbrium, menta aquatica
Basilicon, ocimum
Bedeguar
Beta
Betonica, vetonica
Blitum
Borrago officinarum, buglossum verum satiuum
Botrijs
Branca vrsina vulgaris
Branca vrsina Italica
Brionia, uitis alba
Buglossa cirsium, alijs Echium.
Bursa pastoris
C.
Calaminthe, Nepeta montana
Calaminthe campestris. (nis
Camomilla, chamęmelō, anthe-

Chameleon, carduus mariæ
Capillus Veneris, adianthũ albũ
Canabis, Canapus vulgò
Carduus benedictus
Carduncellus
Carlina, muſcus marinus
Chamedrijs
Chamepithijs abiga, iua arthe-
tica, iua moſchata.
Cataputia maior, Ricinus
Cataputia minor, Lathyris
Cauda equina, equiſetum, Hip-
Caulis braſſica (puris
Centinodium, ſanguinalis ma-
ſcula, corrigiola.
Cerefolium, cherephyllon
Chelidonium maius
Chelidonium minus, apium, he-
morrhoidum
Ceterach, aſplenum, ſcolopen-
drium verum.
Cichorium
Cicuta
Cypreſſus herba, chamecypariſ-
ſus
Cynogloſſa

Consolida regalis
Consolida maior
Consolida petræa
Cotula fœtida
Cotula non fœtida, buphtalmũ quibusdam
Crassula
Cucumer syluestris, asininus aguinius.
Cuscuta, cassuta.

D.

Dictamus, fraxinella
Dictãnus creticus, herba dictãni

E.

Ebulus
Endiuia satiua, intybus
Endiuia syluestris
Enula cãpana, inula, Columella, helenium
Epatica, lichen
Eruca
Esula maior
Esula minor
Eringium, iringiũ, centũcapita.
Eupatorium, Mesue, graciola
Eufrasia, euphragia.

F.

Fœniculum, marathrum.
Filix
Fragaria, herba fragorum
Fumus terræ, fumaria, capnos.

G.

Gallitricum, ſcarlea, orminium ſatiuum.
Gallitricum ſylueſtre, ſaluia ſylueſtris, orminiũ ſylueſtre.

H.

Harmel, ruta ſylueſtris.
Hedera arborea
Hedera terreſtris, chameciſſus
Herba paraliſis, verbaſculum odoratum.
Hipericum
Hiſſopum
Hirundinaria, vincetoxicon, aſclepias

I.

Iuſquiamus, hioſciamus, herba apollinaris, altercum.

L.

Lactuca
Lappa maior, pſonatia, bardana

Lappa minor
Lappatium acutũ, oxylappathũ.
Lauendula
Laureola
Lepidium maius
Linaria, ofyris
Lupulus, Humulus, lupus falictarius.

M.

Maiorana, amaracus, fãpfuchus
Malua
Malua fatiua
Marubium, prafium
Marubium nigrum, ballote
Mater fyluarum
Melilotum citrinum
Melilotum album
Meliffa, apiaftrũ, meliffophillõ.
Menta
Menta faracenica
Mentaftrum
Mercurialis mas
Mercurialis fœmina
Mezereon, Thimelea
Millefolium
Morfus diaboli

Morſus gallinæ
N.
Nardus indica, ſpica nardi,
Naſturcium
Naſturciũ aquaticũ, cardamine
Naſturcium album, thlaſpi.
O.
Ocymum caryophyllatum
Ononis, acutella, reſta bouis
Origanum.
P.
Parietaria, helxine
Parietaria vera, perdiciũ, Celſus
Peonia mas
Peonia fœmina
Pentaphyllon, quinque folium.
Perfoliata
Perſicaria
Perſicaria mordax, maculata hidropiper
Pimpinella, ſaxifragia Italorum.
Pirola
Plantago maior
Plantago minor, quinq; neruia.
Plantago paluſtris, barba ſyluana.

Polytrichō, trichomenes, adianthum nigrum.
Polium vulgare, ſaxifraga Dioſ.
Polium verum
Portulaca
Pulegium

R

Roſmarinus
Ruta ſatiua
Ruta ſylueſtris
Rubi cimæ.

S

Sauina, ſabina
Saluia, ſaluia minor
Saniculum
Satureia
Scabioſa quibuſdam ſtębe eſſe videtur
Scariola
Schænanthum, iuncus rotundus odoratus, Plin.
Scrophularia, Cordus acteam eſſe ſuſpicatur.
Scordium vulgare, allium ſylueſtre.
Scordium verum

Semperuiuum maius, ſædũ maius
Semperuiuum minus
Serpillum
Solatrum, ſolanum, ſtrichnum
Soldanella, braſsica marina
Sonchus
Spica celtica romana, Nardus celtica
Spinachia.
T.
Tanacetum
Tapſus barbatus, verbaſcum
Taraxacon, hierachium
Thimus
Thimbra
Thlaſpi, burſa paſtoris maior.
V.
Verbena recta
Verbena ſupina
Veronica
Vermicularis
Vinca per vinca
Virga paſtoris dipſacum, cardo fullonum.
Vngula caballina, tuſsilago

Vrtica maior
Vrtica minor romana
Vrtica mortua
Vuularia, hypoglottis, laurus alexandrina.

LAPIDES.

Lapides sunt substantiæ inanimatæ, solidæ duræ & quæ difficulter conteri possunt.

Diuisio.

Alij sunt vulgares lapides alij vero pręciosi, quibus & ad ornatum & ad valetudinē homines vtuntur, & gemmæ dicuntur.

A

Aetites, lapis aquilæ
Alumen plumosum amianthū,

C.

Calx
Calx viua
Cinis clauellatus, recoctus,

G.

Gagates
Gipsum.

H.

Hematites.

I.

Iudaicus.

L.

Lincis.

M.

Magnes.
Marchaſita.

P.

Pumex.

S.

Specularis Aphroſelinus
Spongiæ lapis
Smiris.

T.

Tartarum

LAPIDES PRAE-CIOSI.

A.

Armenius
Amethyſtus.

B.

Berillus.

C.

Corneolus ſarda
Cryſtallus
Corallus albus, rubeus, niger.
G.
Granatus
H.
Hiacinthus.
I.
Iaſpis.
L.
Lazuli lapis, ſtellatus, cyaneus.
R.
Rubinus.
S.
Saphirus
Smaragdus.
T.
Topacius.

LIGNA.

Ligna ſunt partes plantarum firmiſſime & tanquam oſſa in animalibus duriſſime.

A.

Aloes xiloaloe, agallochus, vt quidam putant.

C.

C.

Cupressi, cipressus

E.

Ebenum.

G.

Gaiacum, guaiacum

I.

Iuniperinum

P.

Presilium, birsilium

S.

Santalum album, citrinũ rubeũ

T.

Tamarisci, tamaricis, miricæ.

V.

Viscus quercinus.

X.

Xilobalsamum, lignum balsami

Xilocasia.

MARINA.

Marina & his cognata appello quæ in mari, aquis & littoribus colliguntur, animalibus exceptis.

A.

Ambra

Ambra grisea, cinericia

Aqua { fontana / fluuialis / pluuialis / marina }

B.

Balla marina

Bitumen, asphaltus

Blattæ bisanciæ, vnguis odoratus, vt quidam putant.

D.

Dentali, dentalium, buccinum.

E

Entali, entalium, porphyra

K.

Karabe, succinum electrum.

M.

Margaritæ vniones, perlę vulgò perforatæ, non perforatæ, siue solidæ.

Mater perlarum

Muria.

S.

Spongia maris

Spuma maris.

V.

Vmbilicus marinus.

METALLICA.

A.

Aes vſtum
Alumen
Alumen plumoſum
Alumen ſaccharinum facticium
Alumen rochæ liquidum
Alumen vſtum
Antimonium ſtibium, ſtimmi
Argentum limatum
Argentum foliatum, folia argēti
Argentum viuum, mercurius, hidrargyron.
Arſenicum auripigmentum
Arſenicum rubrum Sandaracha veterum.
Arſenicum album
Atramentum nigrum
Atramentum rubrum
Aurum foliatum, folia auri
Aurum limatum.

B.

Borax chryſocolla
Baurach.

C.

Cerussa
Cerussa citrina
Cinnabaris
Cinnabaris vera
Climia, Cadmia
Colcutar, Calcithis
Cobaltum, Cadmia fossilis.

D.

Diphriges.

F.

Flos æris,

L.

Litargyrum auri, chrysitis
Litargyrum argenti, argeritis.

M.

Marchasita.
Mercurius præcipitatus
Mercurius sublimatus
Minium
Mysy
Molybdena.

N.

Nihil pompholix
Nihil album
Nihil griseum

Nitrum
Nitri fel
Nitri ſpuma, aphronitrum
P.
Plumbum
Plumbum album
Plumbum lotum
Plumbum vſtum.
S.
Sal
Sal gemmę, ſal foſsilis
Sal armoniacum
Sal indi
Scoria ferri
Sorij
Squama æris
Squama ferri
Sulphur citrinum
Sulphur viuum
Sulphur caballinũ, ſulphur griſeum.
T.
Tutia, cadmia
Tutia præparata.
V.
Viride æris ęrugo,

Vitriolum album
Vitriolum romanum, calcãthũ atramentum ſutorium.

OLEA.

Olea ſimplicia ad ſuccos referri debent, ſunt enim nihil aliud quàm pingues ſucci rerum. Oleorum ſimplicium, alia ſunt natiua, vt petroleum, alia factitia, vt reliqua. Horum alia fiunt per expreſſionem, vt oliuarum, alia per deſtillationem, vt therebenthinæ, iuniperi, alia vtroque modo, vt moſchatæ.

A.

Amigdalarum dulcium
Amigdalarum amararum

B.

Bhen.

C.

Cinamomi
Cheruç

E.

Erucæ

G.

Terebenthinę
Terebenthinæ clarum.
V.
Vitellorum
RADICES.
A.
Acori vulgaris, lilioru͂ paluſtriu͂.
Agaricus à veteribus inter radi ces numeratur, licet nō ſit radix
Alceæ
Altheæ
Anchuſæ
Angelica hortenſis
Angelica ſylueſtris
Apij
Ariſtolochiæ longę vulgaris, climatitis
Ariſtolochiæ longæ veræ
Ariſtolochia rotunda vulgaris, radix concaua
Ariſtolochia rotunda vera, malum terræ.
Aron, Arum
Araianitæ ciclàminus, vulgò ciclamen.

Asari
Asphodeli vulgaris, hemorocal-
lis Dios.
Asphodeli veri
Asparagi, vulgò sparagi
B.
Baucia, pastinaca satiua, siue ca-
ryota
Bhen album
Bhen rubeum
Boraginis
Brancæ vrsinæ
Brioniæ
Bistortæ, serpentariæ
Brusci, rusci.
C.
Calamus aromaticus acorus ve-
rus
Cardopatiæ, corallinæ
Cariophillatæ, benedictæ
Chelidoniæ maioris
Chelidoniæ minoris
Cichorij
Cina radix
Cinoglossæ
Cyperi rotundi

Cyperi longi
Condiſi
Conſolidæ maioris, ſymphyti
Coſti amari
Coſti dulcis
Coſti veri
Cucumeris ſylueſtris ſiue aſinini
Curcuma

D.

Dauci
Diptami, fraxinellæ
Doronici, carnobadij

E.

Ebuli
Enulæ campanæ
Endiuiæ
Eringij
Eſulæ minoris.

F.

Fæniculi
Filicis
Filipendulæ, œnanthes.

G.

Galanga
Galanga maior
Gentiana

Graminis.

H.

Helleborus albus, veratrũ albũ
Helleborus niger, veratrũ nigrũ
Hellebori nigri, vulgaris cõsili-
(go.

I.

Iris
Ireos, Iris Illiricã
Iarus.

L.

Lappæ bardanæ
Lappatij acuti, oxylappathi
Leuiſtici, liguſtici
Lilij
Liquiricia olycyrryza, dulcis ra
dix, Celſus
Luph.

M

Mei
Mezereon Thimelea
Morſus diaboli.

N.

Nardi
Nimpheæ

O.

Ononis reſtæ bouis

Ostrucij:

P.

Palma Christi
Pentaphylli, quinque folij
Peoniæ masculi
Peoniæ fæmellæ
Polipodij filiculæ
Pimpinellę
Pyrethrum, saliuaris
Peucedanum
Phu.

R

Rhabarbarum râuedseni
Rhabarbarum monasteriense
Raphanus
Raphanus minor
Rhaponticum, centauriũ maius
Rubeæ tinctorum, erithrodani
Rubi

S

Satyrionis
Saxifragię
Squilla scilla
Serophularia
Secacul, siser
Serpentaria

Sigillum ſalomonis,poligonatū

T.

Tapſia
Tormentillæ,heptaphyli
Tunicæ
Turbit.

V.

Valeriana
Vincetoxicum,hirūndinaria, aſclepias
Virgæ paſtoris.

Z.

Zeduara
Zingiber
Zurumbeth , ſpecies zedoariæ

RESINAE.

A.

Abietis, abiegna reſina.

P.

Pini.

T.

Therebinthina communis
Therebinthina vera

SEMINA.

Semē eſt ea pars plantæ ex quā
in

in terrã proiecta, similis planta producitur. Differt à fructu sicut pars à toto, contentũ à cõtinẽte, ficus, vuæ, poma, pira, sunt fructus, grana in illis contẽta semina sunt. Omnes fructus habẽt semina, sed non è conuerso non õnia semina fructu cõtinentur, vt semina anisi, fœniculi, milij solis: vocãtur aliquãdo ab autoribus semina fructus, vt Galenus vocat semina vrticæ fructus.

A.

Acetosæ
Acini, vulgò gigarta
Agni casti, viticis
Altheæ
Ammios
Amomi
Anisi
Anethi
Asparagi
Anthera, semen rosarum
Apij
Aquilegiæ
Atriplicis.

B.

Basiliconis, ocimi
Brusci, rusci
Buniadis
Buniadis agrestis.

C

Cannabis
Cardamomum maius
Cardamomum minus
Carthami, cnici
Cataputę maioris, ricini
Cataputę minoris
Carui, cari
Caulis, brassicę
Cęparum
Cimini, cumini
Citri, citrei mali
Citrulli
Cicutę
Coti bombacis
Cotoneorum, cydoniorum
Coccum gnidium
Colocynthidis
Coriandri
Cucumeris
Cucurbitę.

D.

Dauci.

E.

Endiuię

Erisimi

Erucę

F.

Fæniculi

Fænigræci

Fumi terræ, fumariæ

G.

Genestę

Grana tinctorum, Kermes

Grana paradysi

H.

Harmel, semen rutæ syluestris.

I.

Iusquiami, hyoscyami

L.

Lactucę

Leuistici

Lingua auis, semen fraxini

Lini.

M.

Maluę

Maioranę, amaraci

Melonum
Milium solis, grana solis, litos-
N. (permon.
Nasturcij
Nigellæ, melanthij, gyth.
O.
Ossa dactilorum, palmularum
nuclei
Ocimi citrati, cariophillati
Orobi.
P.
Papauer album
Papauer nigrum
Papauer rubrum
Pastinacæ
Peoniæ
Petroselini
Petroselini macedonici, olusatri
Psillij
Plantaginis
Portulacæ
R.
Raphani
Raporum
Rutæ
Rutæ syluestris, Harmel
S.

S.

Santi, zedoariæ, ſantonicum
Saxifragiæ
Scariolæ
Sileris montani, ſiſeleos
Sinapi
Siſamini, ſeſami
Staphisagria, vua tamina.

T.

Thlaſpios

V.

Violarum
Vrticæ.

SVCCI ET LIQVORES.

Succus eſt humor qui ex materia aliqua puncta inciſa, tuſa, aut calefacta, vel ſpōtè effluit vel manibus aut torculari exprimitur, vel igne elicitur. Succorum alij naturales ſunt, alij artificiales ſiue facticij. Horum rurſus alij liquidi, vt aquoſi pingues, craſſi & quaſi carnoſi, vinoſi, alij liquidi; & ſunt vel gummoſi,

vel resinosi, vel arte inspissati, alij inter hos medij. Ad hoc caput non incommodè docendi causa referri posse opinor, lachrimas liquores, gummi, de quibus quę restant, nūc coniūctim recensebimus.

A.

Absinthij
Acatia vulgaris, succus prunellorū syluestrium inspissatus.
Acetum vini
Acetum cereuisiæ
Acetositas citri, succus acidus citrei mali
Agresta omphacium
Aloe succotrina, hepatica, caballina.
Amilum
Amurca
Apij
Arantiorum
Asa dulcis, benzoi laserpitium
Asa fœtida, laserpitium seriacū aut medicum.

B

Betæ

Betæ
Braſſicæ
C.
Camphoræ
Chelidoniæ
E.
Elaterium, cucumeris ſylueſtris
Endiuiæ
Eupatorij.
F.
Fœniculi
Fumi terræ
G.
Glaucium
Glycyrriza
H.
Halicacabi
Hypocyſtis
I.
Iridis cerulei.
L.
Ladanum
Limonum ſuccus
Lycium.
M.
Manna, mel aëreum, Aeromeli,

drosomeli
Mustum.

O.

Oleum
Oleum crudum, omphacinum
Opium, lacryma papaueris
Opobalsamum
Opoponax

P.

Porri

R.

Rosarum
Rutæ.

S.

Saccharum album
Saccharum rubrum
Saccharum candi
Sapa
Sanguis draconis
Scammonium

T.

Tereniabin, manna orientalis.

V.

Vinum
Vinum granatorum, succus granatorum

Vinum cydoniorum, ſuccus cydoniorũ. Ad ſuccos aquę deſtillatæ non incommodè referuntur.

TERRAE.

A.

Argilla

B.

Bolus armenus vulgaris

Bolus armenus verus.

C.

Cimolia

Creta

R.

Rubrica

T.

Terra ſigillata, lemnia, ſigillum lemnium.

Tripolium.

DE MEDIIS.

Quædam pharmaca media ſunt inter exactè ſimplicia & cõpoſita, quæ neq; illis neq; his rectè annumerari poſſunt, ſed ſunt

quaſi neutra, quibus peculiarẽ locum,& quaſi domicilium deſignare viſum eſt, cuiuſmodi ſunt olea ſimplicia per infuſionem facta, ſucci medicati, condita,& quorum catalogos ſubijciemus, aquis deſtillatis priùs enumeratis.

DE AQVIS DESTILLATIS.

A.

Abrothani
Abſinthij
Acetoſæ
Agrimoniæ
Alkakengi
Altheæ
Anethi
Angelicę ex radicibus, videlicet
Artemiſiæ
Aſparagi
Auriculæ muris.

B.

Baſiliconis
Betonicæ

Borraginis ex floribus
Borraginis ex herba
Brunellæ
Buglossi
Bursæ pastoris
C.
Calamenthi
Capillorum veneris
Cardui benedicti
Caudæ equinæ
Cerasorum
Centaurij minoris
Chamedryos
Chameleontis
Chamepythios
Chamomillæ
Chelidonij ex herba
Cichorij
Consolidæ regalis
Corrigiolæ
Corticum iuglandium
Cotulæ fœtidæ
Cuscutæ
Cucurbitæ.
E.
Ebuli

Endiuiæ hortenſis
Endiuiæ ſylueſtris
Epaticæ
Euphragiæ
F.
Fœniculi
Florum fabarum
Florum frumenti
Florum nimpheæ alborum
Florum nimpheæ luteorum
Florum Peoniæ
Florum prunellorũ ſylueſtriũ
Florum ſambuci
Florum tiliæ
Fragorum
Fragariæ
Fumiterræ
G.
Gallitrici
Geniſtæ
Graminis.
H.
Hederæ arboreæ
Herbæ paraliſeos
Hyoſciami
Hyſſopi.
I.

I.

Iridis cerulei siue hortensis

Iuniperorum.

K.

Keiri

L.

Lactucæ

Lauendulæ

Leuistici

Liliorum alborum

Lilij conuallij

Lupulorum asparagorum.

M.

Maioranæ

Maluæ

Marrubij

Metricariæ

Mentæ

Melissę

Meliloti

N.

Nasturcij

Nasturcij aquatici

Nepetæ

O.

Origani

P.

Papaueris
Papaueris erratici
Parietariæ
Parietariæ veræ
Peoniæ
Petroſelini
Plantaginis
Portentillæ
Portulacæ
Pulegij.

Q.

Quercus foliorum

R.

Raphani
Raphani minoris
Roſarum albarum
Roſarum rubrarum.
Roſarum ſylueſtrium
Roſmarini
Rutæ

S.

Sabinæ
Saluiæ
Scabioſæ
Scolopendriæ

Scolopendriæ veræ
Scrophulariæ
Semperuiui maioris
Semperuiui minoris
Serpilli
Solatri
Spicæ vulgaris

T.

Tormentillæ ex radicibus

V.

Valerianæ
Verbaſci
Verbenæ
Veronicæ
Vinum ſublimatum ex vino
Vinũ ſublimatũ ex fecibus vini
Violarum
Violariæ
Virgæ paſtoris
Vngulæ caballinæ
Vrticæ

CONSERVAE.

A.

Anthos

B.

Borraginis florum

Buglossi florum

C.

Cichorij

E.

Euphragiæ

F.

Fumiterræ

L.

Lauendulæ florum.

M.

Maioranæ herbæ

Melissæ herbæ

Mentæ herbæ.

N.

Nymphee, florum luteorum

P.

Peoniæ florum

R.

Rosarum recens, vetusta

S.

Sambuci florum

Saluiæ florum.

T.

Tiliæ florum

V.

Violarum.

CONDITA.

FLORES CONDITI.

A.

Aranciorum

C.

Citri

Capparum flores & fructus

FRVCTVS CONDITI.

A.

Arancia integra

Aranciorum cortices.

C.

Cerasa

Citri caro

Citri cortices

Cydonia.

I.

Iuglandes

L.

Limones

M.

M.

Meſpila

Myrobalani chebuli præcipue

N.

Nuces moſchatæ

O.

Oliua.

P.

Pira moſcatellina

Prunella ſylueſtria.

RADICES CONDITAE.

A.

Acori vulgaris

C.

Calami aromatici

H.

Helenij

I.

Iringij

P.

Pimpinellæ.

S.

Secacul

Z.

Zingiberis

SVCCI SIVE ROB.

Rob è berberis
Rob è ribes
Rob nucum
Diamoron.

OLEA.

Oleorum pleraque ſupra recitata ſunt, nunc reliqua ſimplicia quæ per infuſionem (vt vocant) fiunt, adijciam.

A.

Abſinthij
Anethi

C.

Chamomillæ
Cydoniorum

F.

Formicarum

L.

Liliorum alborum
Lumbricorum terreſtrium.

M.

Mentæ
Myrtillorum.

N.

Nymphcæ florum vtriusque

R.

Rosarum
Rutaceum

S.

Sambucinum.

V.

Violarum.

DE COLLECTIONE, *præparatione, asseruatione & duratione simplicium medicamentorum.*

Medicamenta simplicia, non vt colliguntur seruantur, non vt decerpuntur seponuntur, sed priùs abluuntur, purgantur, inciduntur, siccantur, variéque præparantur, vt commodius seruari, & diutius durare, viresque suas retinere & cùm tempus postulat, alijs misceri queant. De

quibus omnibus summatim & pro modo Compendij in sequẽtibus dicã, seruato ordine prius instituto.

ANIMALIA.

Pauca animalia integra asseruantur, sicciora, vt cantharides non difficulter vbi semel probè exiccata fuerint, custodiuntur. Humidiora verò & pinguiora facilè corrumpuntur, putrescunt, & vermes generant, vnde absinthium & similia putredinem arcentia illis adduntur, reponuntur autem in loco sicciore non calido.

PARTES ANIMALIVM.

Partes Animalium sumuntur ex integris, sanis & boni habitus animalibus, mediæ ætatis, non ex morbidis, ætate confectis, aut cadaueribus. Siccæ partes, vt ossa, dẽtes, maxillę,

vngulæ, cornua, non requirunt ſingularem præparationem, niſi vt membranulæ diligenter abradantur, & quicquid corruptioni obnoxium eſt auferatur, ne putreſcant, & ſubiectæ parti, grauiolentiam concilient, ſed humidæ tãtum præparatione acuratiore opus habent.

DE PINGVEDINIBVS.

Pinguedines exemptis venulis & fibris, mẽbranulisq; nudatæ, lotæ & minutiſſime inciſæ liquã tur, in duplici vaſe, vel lento admodũ igne, poſtea colẽtur, per pannũ denſiorẽ, & iuras fictile fuſæ, in loco frigido ſeruentur. Quidã aſſando pinguedines eliciunt, quod non probo, niſi ſingulari quodam conſilio ac Medici iuſſu id fiat, & in certa aliqua ſpecie. Hoc enim pacto temperaturæ ipſarũ nonnihil decedere, & vires immutari vidẽtur.

DE MEDVLLIS.

Medullę eodem quo pinguedines modo mundantur, liquantur, reponútur & afferuantur.

DE INTERANEIS.

Interanea, ſanguine priùs probè expreſſo, abluuntur, vino aut aqua aliqua ſublimata adpoſita, ſiue eiuſdē facultatis, deinde exiccantur in aëre: Si facilè ſiccantur, vel in furno, priùs in fruſta diſſecta, vbi multa humiditate turgent, & reponútur per ſe, aut plantæ alicui idoneæ inuoluta.

Pulmonis vulpis præparatio.

Pulmonem vulpis exempta priùs aſpera arteria, vino vel aqua hiſſopi, aut ſcabioſæ, diligēter laua, deinde in furno extracto pane exicca, ita tamen ne inſtar oſſis indureſcat aut amburatur, quæ regulæ & in alijs ſic-

candis seruetur, postea reponatur, addita herba marrubio, hyssopo, vel scabiosa.

Intestinorum Lupi præparatio.

Scindantur per longũ & per transuersum digiti medij longitudine intestina lupi & lauentur vino, aut aqua fœniculi, vel rutæ inde in clybano vt alia exiccentur.

Hepatis Lupi præparatio.

Lauetur epar Lupi vino, vel aqua absinthij, aut agrimoniæ: Deinde in frusta incisum exiccetur & reponatur, addita herba absinthij, vel agrimoniæ, vel spica.

Regula.

Si vna vice non quantum satis est aliquod dictorum membrorum aut similium exiccatum fuerit, iterũ & tertio si ne-

cessitas exigit, clybano imponatur: Nam sicut nimia assatio, ita quoque nō sufficiēs viciosa est.

Appendix.

DE DVRATIONE PARtium Animalium.

Partes molles, aliæ alijs diutius durāt nec certus terminus, præfiniri singulis potest, pleræque annum durant, quædam vel propter cæli intemperiem, vel propter malam asseruationem citius corrumpuntur. Quotannis autem vsitate mutantur, interdum consulto quædam diutius anno seruantur. Quoniam verò diligētia præparandi & reponēdi multūad durabilitatē facit, bonitas illarū, nō ætate sola, sed ex qualitatibus æstimari debet, valēt ergo & efficaces sunt, quādiu nō corrūpuntur corruptionē fœtor, rancidus sapor, situs, & coloris mutatio indicant.

Eadem in alijs quoque obseruanda. Omnia enim simplicia quàmdiu natiuas colores, sapores, & odores retinent, efficacia sunt, ac nequaquam reijcienda.

QVOMODO COLLIgendæ Plantæ.

Habet quælibet planta & pars eius suam maturitatem, quæ nō tempore tantùm anni & dierū numero, sed magis ex ipsius rei natura æstimatur. Quæ enim perfecta sunt, ea eligenda (nisi siugnlari aliquo consilio imperfecta expetantur, sicut ad rosarum conseruam, rosæ nondum explicatæ, ad agrestam, vuæ nōdum pœnitus maturæ, ad omphacinum, oliuæ immaturæ sumuntur) quæ vltra citraque existunt, ad medicamentorum vsum parum sunt idonea.

In exoticis, nec tempus collectionis, nec modus præpara-

tionis aut repoſitionis, ſciri po-
teſt, ideo tantum ex ſpecie, odo-
re, ſapore, coloreque & alijs ac-
cidentibus iudicium fieri opor
tet.

DE CORTICIBVS.

Cortices arborum craſſiores
aut manu auelluntur, cùm leui-
ter adhærent, aut cùm tenacius
hærent ferro abſcindantur, vel
abradantur, cùm tenues & mẽ-
branoſi ſunt. Radicum corti-
ces (ita autem appellatur ſub-
ſtantia reliqua, præter medul-
lam) hoc pacto parantur, fin-
dantur radices virides per me-
dium, vel pulſentur piſtillo, à
ſummo vſque ad imum, dein-
de eximantur medullæ, & abij-
ciantur. Cortices noſtrates dili-
genter exiccentur. Exotici eli-
gantur, qui nec ſitu obducti,
nec aqua ſubmerſi, aut excocti,
nec teredinæ corroſi ſunt, con-

dantur arculis ligneis.

DE FLORIBVS.

Flores decerpendi maturi(rosis exceptis, quibus ad cõseruas vtimur, eæ enim antequam aperiantur, auelli debẽt) tẽpore pomeridiano, rore absumpto calore solis, alioqui enim propter humiditatẽ alienã facilè corrũpũtur. Deinde in vmbra exiccãdi, si odorati sunt, sin minus subsidio. Peregrini flores, sicut & indigeni nequaquã sint exoleti, nã bona pars viriũ cũ odore expirat.

DE FRVCTIBVS.

Fructus priusquam decerpantur probe maturi sint, oportet (nisi data opera immaturi expetantur) deinde exiccentur, vel in aëre expositi soli ac ventis septentrionalibus, aut orientalibus, vel in clybano, vbi in aëre id fieri nequit, quod expeditius est.

eſt. Qui in aëre pēdēt, ne à muſcis cōtaminentur, aut telis araneorū obducantur, videndū eſt, qui verò in clybano exiccantur, ne cōburātur cautio eſt, id fit ſi poſt extractū panē imponūtur. Quod ſi nō quantū ſatis eſt vna vice exiccati ſunt, poſtridie iterū immittantur. Exiccati arctiſſime in ſportam vel vas aliquod cōpingantur, & in loco temperatiore ſeruentur, ita enim, nec ſitū facilè contrahūt, nec corrūpūtur, nec nimiū ſiccantur: quidam fructibus folia interponūt.

Oleoſi fructus, vt Iuglandes, amigdala, pineæ melius ſparſim, quam aceruatim aſſeruantur: nam in aceruos congeſti facilè incaleſcūt, & rancidi fiunt, maximè in loco & tempore calidiore. Seruandi ergo loco frigidiore.

DE FOLIIS.

Folia non niſi perfectis & ma

turis plantis decerpantur(exceptis oculis populi) & sint minimè flauescentia, talia enim corruptionem & natiui caloris extinctionem significant.

DE FRVMENTACEIS.

Frumenta & frumẽtacia, quãdo & quomodo sint colligenda, & quomodo seruanda, notum est. Frumentacia quædam simpliciter reponuntur, quædã corticibus ablatis, quemadmodum hordeum, excorticatum, oriza.

DE GVMMIS.

Gummi facilè seruantur, & diu durant, modò non in loco humido putridoq; collocentur.

DE HERBIS.

Herbæ cùm florent post meridiem sunt colligendæ, deinde exiccandæ & reponendæ, exceptis

ptis quibuſdam, quæ adultio-
res lignoſæ quodammodo fi-
unt, vt exempli gratia, cichori-
um vulgare. In maioribus & vul
garibus herbis, ſtipites, ſurcu-
liq́ue duriores, & quicquid li-
gnoſum eſt, remoueatur, & ſi
quæ partes corruptæ ſunt abij-
ciantur. Exiccentur in loco
ſuperiore ædium perflatili, ſtra-
to aſſeribus dolo leuigatis, & ar
ctiſsimè inter ſe iunctis, vt ſemi
na quoque quæ exciderunt, obi
ter colligi poſſint, impenden-
te tempeſtate aliqua, feneſtræ
maturæ claudendæ ſunt ne her-
bæ ſparſe à ventis in vnum con-
uoluantur implicenturq́ue. Ca-
uendum etiam ne felibus acceſ-
ſus pateat que herbas cōminge-
re ſolent, potiſſimū Valerianam
nepetam & ſimiles quas ſuſpēde
re, quam in pauimentū ſternere
præſtat. Si cælū humidū & plu-
uioſum eſt nec aura ſiccior ſpera
tur, herbæ decerptæ in hypocau

ſto calefacto ſæpe verſando ne putreſcant ſiccari debent, non tamē eo vſque vt ſiccari poſſint alioqui multùm & virium & ſubſtantiæ decedit. Quidam herbas lauare ſolent, vt puluis vel lutum ex pluuijs adſperſum auferatur, quòd mihi non admodum probatur, malo vt exiccatis herbis vel per ſe decidat, vel manibus excutiatur, ſi quis vero lauare vult, præſertim vulgares herbas, non repugno.

DE RADICIBVS

Radices primum omnium diligentiſſimè à terra & omnibus ſordibus repurgentur, ſi quid computruit aut corruptum eſt, cultello abradatur aut amputetur, alioqui tota radix corrumpitur. Quòd ſi terra nimis tenaciter adhereſcit, & argilloſa eſt, abluatur, & ſtatim humiditas aliena, vel lineo panno vel aëre reſiccetur. Radices purgatę vel inciduntur, vel integrè filo traiecto

 ſuſ-

suspensę seruantur, inciduntur
vt citiùs exiccari, exiccatę, faci
liùs deinde cùm vsus postulat,
conteri possint. Videtur tamen
melius esse, si fieri potest, inte-
gras seruari, quemadmodũ gen
ciana, glycyrriza, centauriũ ma
ius, nam incisę aliquid vírium
amittunt, maximè aromaticę.
Possunt enim & integrę exicca
tę cùm tempus cõterendi est in
cidi. Grandiores radices quales
brionię sunt, transuersim in or-
biculos crassitudine medieta-
tis digiti minimi vel circiter in-
cidantur, & filo traiecto suspen
dantur atque exiccentur. Mino
res & lõgiores digiti lõgitudine
vel circiter fissę cõcidãtur, exẽ-
pta priùs medulla, si lignosa est,
ea enim inutilis cẽsetur, sin mi-
nus, tãtũ findãtur, suspẽsę vel in
pauimẽtũ proiectę siccẽtur. Me
dulla si eximi facile nõ potest, pi
stillo, vt priùs dixi, radices tũdã
tur, ita enĩ separabiles reddũtur
Non

Non est verùm omnes radices autumno effodi debere, nam vt alias omittam vulgaris aristolochia rotunda tantùm vere ineunte inueniri potest. Tempus igitur effodiendi variat, alię enim vere, aliæ autũno eruútur, quod Rizotomis diligentioribus experientia, notum est. Signum tamen maturitatis est, quando nec nimis molles humidęq; sunt, nec nimis duræ & lignosæ.

DE RESINIS.

Resinæ vulgares, vulgarẽ exoticæ & aromaticæ acurationem in eligendo reponendoq; diligẽtiam exigunt, omnes resinæ quo sunt sinceriores, eo meliores.

DE SEMINIBVS.

Semina matura, paleis, festucis, pediculis, lapillis, reliquisq; parergis repurgata, & leuiter exiccata ad vsum medicamentorũ reponuntur, in loco sicco nõ calido.

lido. Repurgandi autē ratio variat quod enim leue & puluerulentum est, mouēdo hincinde & inflando, in aërem dissipatur, vel crebrò angustiore excernitur. Sunt autem semina manibus priùs fricanda, vt quòd leuiter hæreat & alienum est tollatur, lapilli & arenæ propter grauitatem ipsorum in fundo colliguntur. Semina maiora & rotunda vt coriandri in tabulam inclinatam & leuiter manu pulsam in vas subiectam relictis lapillis deuoluantur. Quæ hac ratione separari nequeunt virgula in cuius summo cæra sigillatoria agglutinata est, sigillatim attingantur & remoueantur.

SVCCI ET LIQVORES.

Succi liquidi seruantur decocti priùs & purificati, in vitro angusti orificij, superinfuso oleo tales non diudurant, vt autem diu-

diutius seruari possint ex herbis post meridiem collectis, & paululũ resiccatis exprimantur, & ad mellis consistentiã coquãtur, deinde in vesica in sicco loco seruentur, vel coquantur ad solidiorem spissitudinẽ, qui omniũ diutissime durant, vt succus glycyrrizę, prunorũ syluestriũ &c.

DE TERRIS.

Nobiles terrę species, vt lẽnia, bolus armenius, accuratè reponãtur, oportet, vulgares aliter.

DE RELIQVA PRAEparatione *Simplicium medicamentorum.*

Variè medicamenta simplicia adornantur & pręparãtur, vel vt palato gratiora fiãt, vel vt diutius seruari aut melius alijs misceri possint. Varij igitur pręparãdi sunt modi, quos capitibus quibusdã summis, docendi gratia complectar, vt sunt diminutio, au-

auctio, ſeparatio, calefactio, refrigeratio, humectatio, exiccatio, mollitio, duratio &c, Horũ quælibet alia ſub ſe capita comprehendunt.

DE DIMINVTIONE

Quoniã pleraq; ſimplicia nõ integra vſurpari poſsunt, neceſſe eſt vt diminuãtur. Diminuuntur autẽ ſectione, fiſſione, fractione limatione, raſione & tuſione.

DE SECTIONE.

Secatur totũ in ſuas partes, partes in particulas reciduntur, etiã aliena corrupta, & inutilia ab integris.

DE FISSIONE.

Finduntur partes duriores, ſicut ligna, vt melius tundantur, molliores, vt faciliùs ſiccentur, vel vt candiantur.

DE

DE FRACTIONE.

Quæ dura & tenuia ſunt quandoq; franguntur, vt ramuli arborũ, ſtipites herbarũ ſiccarum.

DE LIMATVRA.

Quæ fingi aut frangi nõ poſſunt, limantur, vt nux vomica, lignum gaiacum, quo deinde meliùs piſtillo conterantur. Quædam ne diu tundendo in aërem diſſipentur, vt agaricum.

DE RASIONE.

Abraduntur a plantis cortices duriores vel mẽbranoſi, cultello aut manu, vel quia tantum in vſu, vel quia noxij aut nullius momenti ſunt, Hoc conſilio à nuce vomica abraditur exterior cortex, eodem modo ab agarico crudo.

DE TVSIONE.

Contunduntur dura & craſſa vel vt expeditiùs coqui, vel vt alijs medicamentis miſceri poſſint.

ſint. Ligna priuſquam in mortariũ imponantur, limentur, vel quòd minus laborioſum eſt, findantur, in aſſulas tenuiſsimas. Si nimium puluis tundendo diſſipari ac quaſi euolare videtur, aſpergatur aquæ pauxillum, vt in pipere agarico. Si quid ſimplicium in fine tuſionis reſtat, ſeruetur, donec eadem materia iterum contundenda erit.

In herbis radicibus & ſeminibus quòd lignoſum fibroſum & neruoſum eſt, abijatur niſi præcioſum & reliquis viribus non multum inferius ſit. Radices incidantur in taleolos tranſuerſis fibris ita faciliùs in puluerem rediguntur, alioqui enim multa quaſi fila habebũt pulueres, quẽadmodũ videre eſt in Zingibere. Tunduntur materiæ quãdoque craſsiſsime, quemadmodum ad decoctiones, radices, herbæ, ſemina, fructus, quandoque craſſę quandoque in puluerem tenuiſſimum

ſimum, ſicut in confortantibus. Item quędam per ſe quędā cum alijs tunduntur, non autem omnia omnibus ſociari poſſunt. Sed tantum cognata, ſiue eiuſdē generis reſinoſa, ſiquidem cum aridis tundēdo ita implicantur, vt ęgrè diuelli & in puluerem ſimul redigi queāt. Iungātur ergo ſemina ſeminibus, gummi gummis, reſinę reſinis, ſed pręſtat vt mihi videtur, quæque ſeorſim tundere. Quædam frigido piſtillo, & in frigido loco contundi poſtulant, vt aloe. Quædam cōtra calidis gaudent, quædam vtriſque. Quædam ligneum piſtillum requirunt. Quædam lapideum.

DE AVCTIONE.

Augētur materię rei eiuſdē, vel diuerſi generis, adiectione quod fit irrigatione, conditione, aromatiſatione, coloratione.

DE

DE IRRIGATIONE.

Irrigantur siue macerantur materiæ simplices vel diuersę, aqua vino, aceto, sero, aqua destillata aut alio quodam liquore, ve l vt melius coqui possint, vel vt humorem imbibant, ac inde alienæ naturæ participes fiãt. Idque dupliciter, aut enim post spaciũ irrigationi destinatum materiæ exprimuntur, & succus expressus tantum vsurpatur, aut tamdiu macerantur, donec succus õnis à materijs absumatur. Sic ego Daçridyum parare soleo.

Accipio scammonij vncias iiij. succi cydoniorum vncias ij. mixta probe pono in locum calidum & quotidie moueo, donec mediocriter induretur massa, deinde formo pastillos, eosq; quã tum satis est exicco. Hic modus vsitato mihi magis arridet, ita enim vis succi cydoniorum in scammonium trãsit & nihil aut parum admodum scammonij,

illo

illo vero pacto multum perit, & ſcammonij facultas in pomum cydoniorum tranſire videtur potiùs quàm cydoniorum in ſcammonium. Verum hæc alijs dijudicanda relinquo.

Eſulæ & Mezerei præparatio.

Accipiuntur radices eſulæ excorticatæ & macerantur xxiiij horis aceto acerrimo, deinde exiccantur. Eodē modo folia mezerei præparantur. Ego eſulam aceto aniſi triduò macerare ſoleo, & deinde exiccare.

DE CONDITIONE.

Condiuntur res multas ob cauſas vel vt gratiores fiant palato, vel vt aliquamdiu aſſeruare queant per ſe enim humida breui temporis ſpacio, corrumpuntur. Condiuntur autem flores, fructus, herbæ, radices, cortices vel virides, vel arefactæ, vel crudæ.

dæ, vel priùs coctæ, aut saccharo aut melle, aut vtroque aut sale aut muria aut aceto.

DE FLORIBVS.

Flores pauci integri seruātur, vt flores citrinati aranciorum. Reliqui minutissimè incisi vel tusi sacchar o condiuntur, Sunt qui etiam rosarū folia integra condiunt. Eodē modo & herbæ quædam, vocantur cōseruæ vulgò in officinis medicamētarijs, vt paulò post ostendetur.

DE FRVCTIBVS.

Fructus molles & aquosi, antequam ad perfectam maturitatem peruenerunt, auellantur & saccharo vel melle ad iustā spissitudinem cocto atque clarificato perfundantur, vt cerasa, vuæ: duri vt mespila, non nisi maturi condiantur: aridi vt sunt myrobalanorum species macce-

rentur prius, & coquantur, donec mollescant, postea aliena aquositas in aëre dispositis mirobalanis in cribro vel assere, vel panno lineo resiccetur, vt superficies contrahi incipiat, deinde affundatur syrupus. Hoc pacto & iuglandes nondum maturæ macerantur ix. diebus vel circiter in aqua pura mutata quotidie. Deinde coquuntur, coctæ ferramento tenui perfodiuntur transuersim, secundùm tres dimensiones & leuiter resiccantur. Deinde foramina cinamomo, gariophillis, & zingibere in festucas longas concisis expleantur, post hæc affuso syrupo asseruentur. Cauendum etiam atque etiam, ne syrupus nimis calidus sit, alioqui enim contrahentur & corij instar lenti & tenaces euadunt. Quòd si syrupus aquosior post aliquot dies euadit, & periculum ne corrumpantur fructus esse suspicaris, effunda-

datur, & ad iuſtam ſpiſſitudinē recoquatur, ac iterum affundatur. Sūt qui crudo melle aut ſacchari puluere fructus tegūt, quę ratio quoque non aliena eſt, maxime mollioribus, vt ſunt perſica, ceraſa, mora, &c. Quidam fructus muria condiuntur, vt oliuæ limones. Quidam muria & aceto, vt immaturi cucumeris. Quidam ſale, vt cappares. Verū hæc ad artem obſonatricem magis quàm ad pharmacopœam pertinent.

DE RADICIBVS.

Radices recentes & virides priuſquam condiuntur coquantur, donec mediocriter molleſcant neceſſe eſt, vt helenij, peoniæ, pimpinellæ, iringij. Coctæ leuiter reſiccentur in aëre à ſe mutuo ſeiunctæ: Deinde ſyrupo condantur. Quidam ſimplicem ſyrupum acci-

piunt, quidam verò cum decocto radicis purificato saccharũ in eum vsum coquunt, quòd in aromaticis materijs maximè probatur, ita siquidem minimũ virium decedit. Aridæ verò vt zingiber, calamus, acerrimo lixiuio probè macerentur, vt molles euadant, quòd vbi factum est, perfundantur pura aqua frigida subinde mutata, donec omnis acrimonia & lentior lixiuij auferatur, posteà vt suprà dictũ est procedatur. Sunt qui condiendas radices cum saccharo coquunt, eo consilio ne humiditate aliena tumentes plus negotij faciant recoquendo syrupo: hic modus etsi elegans est, tamen aridis radicibus non conuenit, quæ hoc pacto tenaciores quàm aridæ fuerunt efficiuntur, & omnem gratiam amittunt. Quantitas syrupi sit, quæ satisfaciat tegendis materijs. Quidam vt arctiùs inter se iungantur con-
dita

dita, & minus syrupi opus sit, vel ne in summo innatent, imponunt orbiculum ligneum, vel lapideum, onustum mundo lapide iusti ponderis, atque ita reponunt, corticum condiendorum est eadem ratio.

DE CONSERVIS.

Conseruæ sunt flores vel herbæ exactissimè concisæ vel tusę, & saccharo mixtæ, sumitur plerumque triplum sacchari ad vnam partem concisorum florum aut herbarum: alij qui vel quæstui student, vel gulæ gratificari cupiunt, plus accipiunt. Ita autem parantur, concisæ materiæ additur saccharum, & simul in mortarium bene mundatum conijciuntur, miscentur & contundũtur, deinde aliquot diebus soli exponuntur.

Cauendum autem ne conseruæ fermentando diffluãt, quod

floribus buglossi, borraginis præcipue vsu venire solet, ita vero cauetur, quando vas non ad summum impletur. Hæc regula in Antidotis liquidis quoque seruanda est. Si herbæ aridiores sunt, vel matura, vt lauendulæ, rosmarini, vel ratione cæli, vt constitutione anni calida non coalescere cum saccharo, quòd etiam siccum est facile possunt, quare saccharum coquendum est vltra syrupi consistentiam, & deinde simul miscenda aliquandiu supra prunas conseruarum duratio inequalis est: aliæ enim satis diu durant, quemadmodum rosarum, aliæ contra cito corrumpuntur acesunt vel arescunt, & tanquam vermiculis in superficiæ corrosæ videntur: Vt conserua boraginis, buglossi, violarum. Virtus earum meliùs ex colore, sapore odoreque deprehenditur quàm describi potest. Ad seruandas conseruas vi-

vitra & fictilia lapidea, densáq; aptissima sunt, sicut ad pleraq; alia.

DE AROMATIZATIONE.

Modum condiendi medicamẽta aromatis medici ipsi præscribũt, non igitur hic opus est peculiari aliquo præcepto. Hoc tantùm obseruandum aromata aliquando rebus condiendis tusa vel per se, vel in linteolũ inclusa.

DE COLORATIONE.

Vt in alijs rebus omnibus ita quoque in medicamentis elegãtia, quę potissimùm in colore cõsistit, magnam vim habet. Quædam materiæ colorantur sine adiectione rei alterius, vt penidia, diu tractando, fiunt albiora, & elegantiora. Loch sanum diu multumq́ue agitando, fit albidius.

diùs. Quædam colorantur abiecta aliqua materia, vt theria ca nigrescit chalcitide, saccharum addito santalo rubeo vel a lio colore tingitur, vnguentū po tabile radice anchusa &c. Sunt qui vnguento Dialtheæ puluerē radicis curcumę adijciunt ad alia aliud tingendi gratia, quod non probo. Nihil enim pharmocepœus absque præscripto (quòd ad Medicamentorum misturam attinet) addere vel omittere debet. Accipiat bonas materias, easque dextrè misceat & satis elegans medicamentum erit. Exempli gratia, sumat ad vnguentum Altheæ, elegantem resinam & cæram, & satis coloratum vnguentum euadet.

Ratio tingendi Saccharum.

Tinguntur etiam confectiones varijs coloribus magis ad spectaculum, quàm necessitatem

tem aut vtilitatem aliquam. Ad flauum colorem recipitur rhabarbari ſuccus aut croci. Ad rubrum ſandalum, præſilium, rubra radix lacca, grana tinctorum, flores amaranthi purpurei. Ad viridem, ſuccus anethi, ſolani rutæ. Ad cęruleum, flores frumenti, indicum baccæ ſambuci. Ad nigrum gallæ, mirobalani, ſuccus corticum, iuglandium viridum. Hę materiæ aceto aut vino ſublimato, diluuntur, etſi opus eſt, aliquid aluminis additur. Deinde confectionibus abſolutis iam, ſenſim in aheno calentibus aſpergitur. Quòd ſi voles varicolores reddere confectiones, inuicem modò hũc modò illum colorem aſperge.

TRAGEA RVBRA.

Tragea rubra ſic fit, accipitur puluis ſacchari albi craſſiuſcu-

lus & in aheno supra prunas ver satur, donec bene incalescat. Deinde affunditur santalũ sublimato maceratũ, ac manib⁹ vel ligno in eũ vsum facto saccarũ misceatur ne in grumos cõglobetur.

DE SACCHARO PENIDIO.

Hoc loco sacchari tracti quod penidium vocant meminisse nõ intempestiuum est, quod ita paratur: Accipitur saccharum album bonum (potest & ex viliori parari) coquitur leuiore flamma, ad extremam spissitudinem, quæ ita cognoscitur, quãdo portiuncula aliqua digitis extremis duobus distracta in tenuissima quasi fila abit, quæ percussa digito, tanquam vitrum dissiliunt, alias notas omitto. Inde effundatur super marmor butiro, oleo amigdalino aut oliuarum leuiter inunctum, & manibus vel inunctis vel amyli polline aspersis

ſis ne adhęreat comprehenſum ex alto paulatim comprimẽdo, & fricando hinc inde, demittitur aliquoties, tandem vbi paululum refrixit, ferramento vnco parieti infixo obuoluatur & aſſiduè vtraque manu, vel alternis alterutra retrahatur, retractum iterum atque iterum, clauo obuoluatur, idque tantiſper, dum bene lentum & cãdidum efficiatur, quò autem diutiùs trahitur, eò candidius redditur, tandem attractam famulis diſtribuatur, & diſtrahendo, torquendoq́ue formetur, modo conſueto, formatum, reponatur loco calido. Quidam mel addendũ eſſe ſcribunt, quòd vſu nõ receptum eſt.

DE CONFECTIONIBVS.

Confectiones vocantur materiæ ſaccharo ſicco obductæ, obducuntur ſemina fructus aro

mata integra vel in frusta disse
cta, vt gulæ magis arrideant, &
minore molestia, assumi que-
ant, alia enim nimis amara, aut
acria sunt, aut alioqui saporem
nimis medicamentosum ha-
bent. Ideoque gustum offen
dunt: Semina priusquam confi-
ciuntur à sordibus pulueribus,
festucis, lapillis, & pediculis cri
brando, ventilando, & seligen-
do, vt priùs dictum est, repur-
gentur, fructus, vt amigdala, a-
uellanæ, iniecti feruenti aquæ,
putaminibus suis exuantur, A-
romata in frusta longiuscula &
tenuia findantur, atque concidã
tur: saccharum coquatur ad de-
bitam consistentiã id est prope-
modum vt ad morsulos & orbi
culos, de quibus infrà. Mate-
ria conficienda in æneum vas
pensile duabus ansis suspensum
inditur & super carbones hinc
inde antrorsum, retrorsum,
dextrorsum, sinistrorsum, agi-
te-

tetur, nunc in orbem voluitur, nunc instar auenæ in vannis mouetur, donec calefiat, calefactæ infundatur parum sacchari, cochleari ferreo, non procul ab extremitate vno foramine perforato, & cõtinuò agitetur, donec siccetur saccharum, deinde aliud affundatur vt priùs, idque tantisper fiat dum iustam acquirat magnitudinem, superficies in plerisque leuis est, nisi singulari artificio asperior, seu vt vulgò loquuntur, crispa sit, videlicet ex alto saccharo fundendo.

Si materia conglobatur, vel saccharo confertim infuso, vel negligenter moto, manu affricata, dissoluuntur nodi, in fine confectionis exactè siccentur: deinde in locum calidum & siccũ cribro imposita reponantur.

Est & alius quidam modus exasperandi confectiones, non admodum necessariùs plus osten-

ſtentationis quàm vtilitatis habens, videlicet talis , calefacto aheno infunditur parũ ſacchari in medium & cochleari hincinde agitatur, vbi bullæ apparent portio aliqua ſacchari iam cõfecti imponitur, & ſtrénuè deorſum, ſurſumq; moueatur ne fundo adhæreat. Deinde impellatur vt decet, idq́ue fiat quouſq; ſatis exaſperata ſit: abſoluta hac portione, iterũ calefiat vt priùs ahenum, idq; tantiſper fiat, donec ſatis criſpũ videbitur, mox alia portio ſumitur.

Quidam queſtui magis quã vtilitati ſeruientes, primò impuriore ſaccharo obducunt materias, & ſubinde aſpergunt amylum, in tenuiſſimum pollinem tritum, tandem purius & candidius ſaccharum addunt vt exteriores cruſtæ elegantes & albæ appareant.

DE SEPARATIONE.

Separãtur à ſimplicibus vel alie

na vt ſordes vel partes, vel con-tenta &c. id quod fit pulſatio-ne, confricatione, lotione, ex-preſſione, coctione, deſpuma-tione, clarificatione, colatione, deſtillatione.

DE PVLSATIONE.

Pulſantur materię malleo, vel piſtillo vt partes à ſe mutuò a-uellantur, ita ſemina à plantis, cortices à nucleis, medullę radi-cum à reliqua ſubſtantia pulſan-do ſeparantur.

DE FRICATIONE.

Fricantur materiæ vel crudæ manibus vel coctę vt à ſe mutuò ſeparentur.

DE LOTIONE.

Lauantur materiæ vt ſub-ſtantiæ vel qualitates aliquæ a-lienæ ab ipſis remoueantur,

ſub-

ſubſtantia aut eſt grauis, vt lutũ, arena, lapilli, aut leuis, vt feſtucæ ligna &c. Lauantur metallica, lapides, terræ ſpecies, item olea, pinguedines, reſinæ, priores hoc modo lauãtur: Accipe materiam tuſam & in aquã immitte, eamq́ue rudicula hinc inde agita, deinde ſtare permittito, ita quicquid leuè eſt, in aqua innatabit, & cochleari pertuſo auferri poteſt. Deinde iterum turba aquam, & turbidam adhuc in aliud vas effunde, hoc pacto grauia in fundo manebunt. Idq́ue tam diu fiat donec quicquid alienum & grauè eſt, in vaſe priore linquitur. Reliquam materiam ſtare ſinito, donec aqua clara fiat, eam deinde leuiter vaſe inclinato effunde, ne quid materiæ utilis ſimul effundatur, reliquum exiccetur, & in paſtillos formetur.

Si qualitatem aliquam auferre ſtudes, toties laua, vt aqua inſipi-

ſipida fiat, vel qualitas aliena nõ ampliùs ſentiatur.

Oleum autem lauabis addita aqua in vaſe vitreo, corpore amplo, in vtraque parte mediocriter oblongo in fine angusto, ſed tamen aperto, vt pollicibus vel manibus obſtrui poſſit, hinc inde agita. Deinde quieſcentibus liquoribus, ex altera parte aquam emitte, postea iterum atque iterum laua, vt aqua inſipida reddatur. Ego calida ſoleo vti aqua, quæ frigida efficacior & penetrabilior eſt, quod ſi oleum ita aquæ permiſcetur, vt ſeparari ab eo ſtatim nequeat, expecta donec quieſcẽdo vtrũque in ſuum redeat locum, vel calefac vitrum ſuper vaporem calidum, hoc pacto ſeiungentur.

Terebenthina in vaſe aliquo aperto aqua ſimplici vel deſtillata agitata rudicula vel piſtillo lauatur. Quidam inſtrumento

ſimili

ſimili eo, quo butirum ex lacte extrahitur non incõmodè vtuntur, poſſunt eodem modo lauari pinguedines.

Aloe lauatur vt materiæ primo loco dictę. Quæ autem cum aromatis fit non rectè dicitur lotio, ſed eſt mixtio potiùs, vel irrigatio: ſic enim & pillulæ de fumo terræ parantur, nam humiditas à ſicciore materia, tanquã pluuia à terra imbibitur & abſumitur.

DE EXPRESSIONE.

Exprimũtur macerata & decocta, vt efficaciora euadant, idque manu, torculari aut alio inſtrumento. Quæ manu exprimuntur, tenuiora & elegantiora fiunt. Quæ torculari, craſſiora atque validiora. Plantæ autem virides non niſi probè contuſæ prælo ſubijciantur, vel ma-

nibus premantur. Quarum verò ſuccus valde tenuis & aquoſus eſt, non mox vt decerpuntur exprimendæ ſunt, ſed aliquandiu expectandum, donec incipiant flacceſcere, ita enim efficacior ſuccus erit & faciliùs inſpiſſari poteſt. Quarundam plantarum ſuccus craſſior & viſcidior eſt, quàm vt per ſe exprimi poſſit, quare herbæ tuſæ aliquandiu ſtare permittantur, donec quod aquoſius eſt, à reliquis ſeparetur, vel affuſo alio liquore viribus cognato, ſimul ambo exprimantur. Si verò ſuccus tantùm mucilago eſt, vt ſeminis pſillij, lini, fœnigræci, cydoniorum, maceretur ſemen affuſo aliquo liquore diebus aliquot, deinde in ſacculo incluſum ſuſpendatur, poſteà ligneo cultello, vel cochleari à ſuperficie ſacculi abradatur, vel manibus deorſum premendo & quaſi mulgendo eliceatur.

DE COCTIONE.

Coquere significat elixare, coquuntur omnis generis simplicia, præter metalla & lapides. Quædam coquuntur vt mollescant, atque ad aliorum medicamentorum vsum aptiora fiāt, sicut gummi galbanum, ammoniacum, vel vt condiantur, sicut radices acori vulgaris, pimpinellæ. Quædam vt acrimoniam vel sapores alios deponant in aquam. Quædam vt vna facultate amissa, alteram tantùm retineant, sicut cæpe lentes & similia. Quædam vt succum remittant, quemadmodum semen lini, fœnigræci, radices altheæ. Quidam coquunt omnia aperto vase, quidam verò tecto, ita enim minorem virium dissolutionem fieri putant. Quædam in duplici vase coquũtur, potissimũ olea præciosa & alia quędā, ne adustionē aliquā sentiant.

Co-

Coqui in duplici vase est, quãdo vas in quo materia coquenda continetur, in aliud aqua plenum, cui ignis subiectus est imponitur, aut igitur vnum simplex solum coquitur, aut multa simul. Quando vnà diuersa coquenda sunt, diligenter obseruandum vtrum simul vel vnum post aliud sit imponendum, ea erga animaduersio adhibeatur, vt quò quid faciliùs resoluitur, eò seriùs reliquis adijciatur, vt Cinamomum Epithimus.

Flores omnis ferè generis. Duriora verò crassiora & densiora diutiùs coquenda, & alijs citiùs ollæ imponenda.

Est & alius modus coquendi elegans quidẽ, sed sumptuosior & non omnibus congruus, nempè per vaporem, sicut prior per liquorem idque dupliciter, vel enim coquenda panno laneo, simplici, duplici, vel triplici inuoluta in cribrum tectũ collocan-

locātur & poſtea aheno, in quō aqua aſſiduè feruet imponuntur, donec molleſcant, vel in ollam integram includuntur, cuius orificium lignis quibuſdam tanquam cancellis obſepitur, ac deinde alteri ollæ, in qua aqua feruet inuerſa, ſuperimponitur, donec molliantur, ita cydonia in 4 vel 6 fruſta conciſa ſeminibus atq; membranulis cir cūdātibus exēptis, corticeq; detracto coquuntur. Hoc pacto & pira moſcatellina coqui poſsūt.

Ad coctiones aptiſſima materia eſt aqua, aliquando & alij liquores ſumuntur, verbi gratia, aquæ deſtillatæ, vinum, mulſa, acetum, ſerum, quod Medici iudicio relinquendum eſt, atque in vniuerſum obſeruandum, ne quid pharmacopœus faciat ſine libris aut iudicio præſentium medicorum.

RATIO COQVENDI SACCHARVM.

Poſt-

Postquã de cõficiẽdo vt vocãt dictum est, restat vt ratio coquẽdi saccharum paucis & summatim exponatur. Saccharum primum omnium in partes secatur, affusa aqua aliquandiu feruefit, deinde per laneum pannum colatur, posteà ad perfectionẽ coquitur, si clarius & purius esse debet, sumatur albumẽ vnius & alterius oui, pro sacchari portione, & addita pauca aqua, agitetur virgulis in modũ scoparum colligatis, donec in spumam abeat, quæ cum aqua feruenti saccharo inijciatur, vbi aliquandiu coxerint, coletur & colatum recoquatur. Coctionis gradus diuersi sunt, aut enim coquitur donec gutta in marmor aut stanneũ orbem, aut laminam ferri leuẽ fusa consistat, nec mota diffluat, aut inuerso subiecto decidat: vocatur talis coctura syrupus absolute, etiãsi ex melle fiat, aut coquitur vlterius,

rius, vt omnis ferè humiditas absumatur, cuius rei signum est, quod paululum spatulæ adhærens in aërem violenter proiectum in floccos abeat, & quò flocci maiores ac latiores, cò saccharum exactius coctum & minùs humiditatis reliquũ est.

DE DESPVMATIONE.

Despumatio est spumæ remotio, & fit cochleari foraminulento. Pharmacopœus verò nõ vt coquus omnem spumam abijciat, sed inutilem tantum, reliquam verò vt sacchari & mellis in certam ollã colligat, & deinde ad spissitudinem syrupi recoquat, atque in suos vsus seruet. Potest ex ea fieri Theriaca pro iumẽtis & similia, Ex spuma autem mellis recocta, à quibusdã suppositoria parantur.

DE CLARIFICA-TIONE.

Turbida ventriculo ſunt ingrata & aſpectu parum iucunda, quare vt clara fiant efficiendum eſt.

Quadrupliciter turbidi liquores vt ſaccharum coctum, mel, ſucci ex plantis earúmue partibus expreſſi clarificantur, feruendo, quemadmodum vinum, mulſa, reſidendo hoc modo. Oleũ expreſſum fecibus reſidẽtibus limpidius fit, item vinum & cereuiſia, poſtquam deferbuerunt vel colando vt mox dicetur, vel albuminibus ouorum in ſpumam agitatis. Ita enim quicquid craſſum & fœculentum eſt, vnà cum ſpuma albuminum in ſuperficiem fertur, quod cochleari foraminulento auferri debet vt dictum eſt, poſteà quod reliquum eſt, per pannum coletur propter ſor-

des grauiores quæ in fundo hærent.

DE COLATIONE.

Colantur liquores, vt crassum à tenui, feculentum ab vtili materia separetur. Id fit primò per pannum rarioris, deinde densioris texturæ, in quibus crassiora tenuibus transmissis colliguntur. Semper autem calida frigidis meliùs colantur.

DE DESTILLATIONE.

An in medicina opus sit destillatis, an destillata simpliciũ vires habeãt, medicis excutiendũ relinquitur. Quid destillare sit vulgò notũ est. Chymici sublimare vocant: est autem nihil aliud destillare, quàm tenue à crasso per se sine adminiculo cuiusdam liquoris, vel addito aliquo liquore vi caloris elicere atque separare.

rare. Nouum eſt inuẽtum & veteribus pharmacopœis medicisque prorſus incognitum ac principio per chymiſtas proditum. Varij ſunt modi deſtillandi, qui his duobus tanquam extremis generibus continẽtur, videlicet per deſcenſum & aſcenſum. Per deſcenſum prior eſt, & fit hoc modo, accipe ollam in fundo facto exiguo foramine, eam impletam lignis conciſis, operculo impoſito, luto obſtrue, & impone alteri ollæ in terram defoſſæ, poſteà circumpone ignem aliquot horis, donec quicquid pingue & aquoſum eſt effluxerit, remota poſteà ſuperiori olla inferiorem accipe, & oleum exime, atque ab aquoſitate ſecerne, ad hunc modum pix liquida, oleum iuniperinum nigrum, oleum ex Gaiaco ex fraxino & ſimilia parantur.

Cognata eſt huic modo deſtillatio florum & herbarũ quæ fit

per deſcenſum, videlicet accipitur mortarium vel olla ænea, & tegitur lineo panno firmiter, vndiquaque ſuccincto & colligato panno, impone quicquid deſtilare volueris, verbi gratia: Folia roſarum, deinde patinam prunis impletam immediate impone roſis, ita deorſum aqua deſtillabit ſatis bona & fragrans. Tantum cauendum eſt ne flores adurantur, & aqua aduſtionem reſipiat. Quidam inter materiam è vas ignẽ continens chartam mundam interponunt, ita minus facilè illam aduſtam iri credunt. Hæc ratio deſtillandi idiotis & mulierculis familiariſſima eſt, ſed tamen non omnibus idonea, nam fragæ, baccæ rubi, impoſita mole qualicunque comprimuntur, & ſuccum ex ſe remittunt non aquã.

Per aſcenſum deſtillatio triplex eſt in alembico, balneo mariæ vt vocant & veſica. Primus

modus eſt. Accipitur vas aliquod æneum vel ferreum, aut teſtaceum, altitudine 4. digitorum, quod completur concisis vel integris herbis vel floribus, ſubſtrata prius arena: deinde imponitnr aliud ſtanneum, vel ex alia materia, figura pilei acumenati, aut rotunda roſtrata & exactè ſubiecto iungitur, atque ita aqua igne ſuppoſito, elicitur.

Secundus modus fit in duplici vaſe, imponitur vas vitreũ aut ſtanneum continens plantam, in alienum aqua plenum & colophone roſtrato exacte tegitur. Deinde continuò feruente aqua extillat per canalem liquor aqueus. Hæc ratio elegantior eſt priore ſed laborioſior & ſumptuoſior, vocatur deſtillatio per Balneum mariæ.

Tertius modus eſt, accipitur cuprea veſica chymica. Impleatur tertia pars materia & addatur

tur duplum ferè aquæ, colophone imposito, sinatur aqua exire donec sapor & odor mutetur. Hic enim terminus est. Restat alius modus primò admodum affinis, quando organum cupreum vel vitreum figura vesicę oblongæ in aliud vas altum ponitur, & vltra dimidium arena vel cinere, vel scoria ferri obruitur, quæ semper caleat, atque ita colophone imposito liquor elicitur. Cognata huic est instrumentum retorta dictum, figura parum variat, nam collum aduncum vel inflexum habet, vsus eius est in arena, & validum ignē requirit, non erigitur vt reliqua, sed in latus collocatur. Hoc pacto oleum Terebenthinæ & similia parantur.

In omni destillatione ita moderari oportet ignem, vt materia nec aduratur, nec nimium feruendo dilatetur atque diffluat, quod in destillatione cum

vesi-

vesica vsu venire non rarò solet, maximè dum acetosa, buglossum, borrago, tormentilla destillatur. Præstat igitur ex carbonibus quàm lignis parari ignem, ille enim æqualior quàm hic est, similiter sicca humidis lignis præferuntur, maximè in posterioribus duobus modis. Reliquos modos destillandi in sole, fimo, musto et similibus quæ parum ad institutam artem faciunt, & plus ostentationis, quàm vtilitatis habent, in præsentia omitto, & in opus de Arte destillandi differo.

DE CALEFACTIONE.

Calefactio fit vel igne, vel sole, vel in fimo, vel lapide aut ferro candente aqua conspersis, vel in liquorem aliquem coniectis, & est ad alias præparationes necessaria.

DE REFRIGERATIONE.

Refrigeratio fit aëre frigido, aqua frigida niue, collocatione in cellam.

DE HVMECTATIONE.

Humectatio superficialis fit mersione vel inspersione liquoris alicuius: essentialis verò (vt ita dicam) maceratione siue irrigatione, de qua dictum est dissolutione & liquatione.

DE LIQVATIONE.

Liquandi ratio pinguedinum ex superioribus, nota est tantùm caueatur, ne pinguia, liquando adurantur & empireuma quoddam acquirant, Est & alius liquandi modus in duplici vase optimus, vt priùs ostensum est, ad eundem modum cæra

 Te-

Terebenthina, resina & similia liquantur.

DE DISSOLVTIONE.

Dissolutio liquationi cognata est, sed hæc tantum fit calore, illa verò etiam sine calore per se, vel addita aliqua humiditate fieri potest.

DE EXICCATIONE.

Exiccatio simplex fit ab aëre sicco, alię verò exiccationes, frixione, assatione, vstione.

DE FRIXIONE.

Frixio fit propriè in sartagine, subinde rudicula ferrea aut lignea, aut manibus materiam vertendo, circumagẽdo, & voluendo. Hac vtimur interdum cũ subitò plantæ virides exiccandę sunt, sunt & alij vsus.

DE ASSATIONE.

Aſſationis ſcopi varij ſunt: Quædam aſſantur vt humiditate ſuperflua abſumpta, diutius durare queant. Quędam vt faciliùs terantur. Aſſatio fit ſuper tegulam ignitam vel prunas, vel in clybano, & vel materiæ nudæ aſſantur, vt pruna ceraſa in clybano, vel incluſæ in vas aliquod fictile, vel in maſſa aliqua humida, vt ſcammonium, ſcilla quæ veriùs coctio quàm aſſatio eſt. Terminus aſſationis eſt, ſuperfluæ humiditatis exiccatio.

Scammonij præparatio.

Recipe pulueris ſcammonij vnci. iiij. addito oleo violarum, fiat maſſa quà deinde citonia excauata implentur, & rurſus obturata in clybano in vaſe fictili poſita aſſentur. Poſtea ex-

ēmpto è cydonijs ſcammonio accipe pugil. Myrob. flauorum vnc.i. ſucci cydoniorū vnc. iiij. macerentur horis. xxiiij. deinde colentur, & colatus ſuccus, ſcammonio cocto miſceatur, ſimulq́ue exiccentur. Tale ſcam monium Dacrydium vocatur.

Scillæ præparatio.

Accipe ſcillam bonam, abiectis exterioribus ſiccioribus tunicis, eamq́ue in maſſam crudi panis incluſam coque, donec panis perfectus ſit, deinde tunicas funiculo traiecto, lignea acu medietate abiecta, ne ſeſe contingant, ſuſpendantur & exiccentur.

DE ADVSTIONE.

Aduſtio quid ſit & quomodo in genere fiat, per ſe notum eſt. Terminus aduſtionis eſt cinis,

Scorpiones adusti in cinerem abeunt, sic cornu cerui, craneũ hominis & similia Alchumistæ vocant adustionem calcinationem & adusta calcinata, hinc dicunt tartarum calcinatum.

Eboris præparatio.

Pone ebur in frusta dissectũ in olla fictili cruda inclusum in furnum figulinum donec ollæ perfectæ sint, deinde in puluerem tere tenuissimum, qui in tabula lapidea, aqua rosacea subinde paululum affusa, donec leuissima fiat massa, lapide altero imposito manu assiduè circumacto feretur, vt pictores solent, eam postea forma in portiones figura oblonga.

DE MOLLITIONE.

Quædam materiæ tractando manib' mollescũt, vt cera, aloe,

quædam adiecto liquore vt saccharum.

DE DVRATIONE.

Sicut materiæ molliores fiūt humore idoneo adiecto, ita humore assumpto duriores fiunt: cōsumitur autem humiditas calore interno aut externo.

SVCCORVM CONFECTIO.

Succi vt dictum est aut sponte ex plantis incisis vel vulneratis extillant, aut ex viridibus plátis exprimūtur, aut ex aridis coctis vel maceratis extrahuntur. Ex viridibus aquosis & pinguibus concisis & contusis. Quædam herbæ sunt aridiores quàm vt ex se succum remittunt, quæ aut ante maturitatem, aut pauca aqua affusa exprimi oportet. Arida, vt radices gentianæ mace-

rentur pauca aqua, aut coquantur donec probè mollescat. De inde exprimantur succi expressi, vel in sole, vel in clybano, vel in furno uel in alio loco calido & sicco, inclusique vesicæ & suspensi siccantur, aut coquendo inspissantur, vt succus glycyrrhizæ, prunellorum sylueftrium cydoniorum. Aliquando succis mel vel saccharum additur, vt in pane cytoniorum, vt vocant videre est. Assiduè autem mouēdi sunt succi dum coquuntur, ligneo instrumento, donec satis solidi esse videntur, ne aheno adhærentes adurantur. Postea remoti ab igne collocentur in loco calido & sicco, vt quod neglectum esse videtur coquendo, paulatim exiccando compleatur.

DE MEDICAMENTORUM Simplicium appellationibus absolutè scriptis.

Plantarum partes aliç alijs magis in vsu sunt. Quarundam vna tantum pars medicis vsurpatur, vt in anyso semen, in lilio conuallio flores, in gentiana radix tantùm vsum habet, in quibusdam duo, vt in centaurio flores, & folia, in quibusdam tres, vt in fœniculo, asparago, petroselino, semen, folia & radices, in quibusdam omnes, vt in Malua, flores, herba, semen, & radix. Adhæc aliæ plantæ alijs eiusdem generis sunt generosiores, sic & de reliquis Simplicibus sentiendum est, vt iris illirica, præstantiòr est quàm florentina, scordium mõtanum id quod prouenit in vallibus antecellit, & cetera. Quandoque vna vox diuersas significat species, vt piper, significat enim longum, album, & nigrum piper. Quandoque vna appellatio diuersa genera significat, vt dictamus, vulgò

radicē fraxinellę à vero dictamo diuersissimum significat, obseruandum ergo pharmacopœo si quæ absolutè atque indeterminatè ponuntur, quid per ea intelligendum, quidue accipiendum sit.

A.

Absinthium ponticum siue romanum non illud vulgare

Acetum semper accipiatur acetū vini, ex optimo vino albo nō ex fecibus aut vappa factum, nō acetum mulsarum aut cereuisiarum, nisi forte ad exteriora deficiente alio.

Agaricus albus, leuis & friabilis, durus & rufus reijciatur.

Agnus flos aut semen

Alipta moschata vera non illa vulgaris, quæ vbique in pharmacopolijs prostat, idē de gallia moschata iuditium.

Alkakengi fructus.

Aloe non lignum sed succus herbæ accipiatur odore non graui, colo-

colore flauo, qui tractando mollescat atque lentescat,
Aloe absolutè posita, nõ lota sed cruda, nõ feculenta sed sincera
Aloes lignum quod & odore & sapore aromaticũ est, ac mansum, nõ solùm amaritudinem habet, sed etiam odore locum replet.
Alumen, communè candidum & pellucidum.
Amigdala dulcia integra thorosa, densa, minimeque rancida, candida intus.
Ammi illiricum
Ammoniacum gummi non sal.
Anetum semen
Anisum veteres cretẽse nos magdeburgense.
Apium semen
Aristolochia ad antidota veterũ accipiatur rotunda vera, ad vnguenta clematis. Recentiores concauam illam, quæ falso rotunda aristolochia nominatur in compositionibus aduersus pes-

pestem sumere consueuerunt.
Artemisia, rubea odorata.
Asarum radiculæ non folia ad medicamentorum confectiones capiantur.
Asparagi semen, pulpa seminis accipiatur
Aurum limatum, vel potiùs folia idem de argento, Cordus.

B.

Balsamum, opobalsamum.
Berberis fructus
Bolus armen' ad antidota verus accipiatur ad emplastra vulgaris etiam sumi potest.
Branca vrsina ad clysteres vulgaris illa quæ omnibus officinis nota est.
Brionia alba
Buglossum verũ, nẽpe borrago.

C.

Calamentũ, montanũ, aut quod in apricis agris nascitur
Cæra absolutè communis, cæra flaua
Chamedrys vera

Chamepithys vera
Chelidonium, chelidonium maius
Cypressus arbor non herbaquę chamecyparissus dicitur, ad medicamenta fructus ad suffitum lignum sumitur
Cardamomum minus
Casia lignea vera, quæ magnam cum cinamomo cognationem habet
Casia fistula, grauis, plena nigro succo, quę concussa nullum edit sonum. Hæc ad cathartica illa ad reliqua accipienda est medicamina.
Capparis cortex, radicū capparis
Castoreum, caro testiculorum castoris accipiatur, non cereus liquor qui illis adhærei, quemadmodum quidam somniant.
Centaurium in purgantibus medicaminibus minus in alijs maius.
Colocynthis pulpa alba exemptis seminibus

Corallium rubrum

Coriandrum semen

Costus albus, feruidus, et aromaticus, odorem iridis & cyperi; aliquo modo referens, non ille spurius, qui passim in vsu est.

Cyperus rotundus.

D.

Diagridium, scammonium in cydonio coctum, & in pastillos formatum atque exiccatum

Dictamus. In descriptionibus veterum accipitur herba Dictamus cretica, in compositionibus neotericorum præcipuè contra pestem, radix vulgaris dictami. Nam vero dictamus, ante paucos annos primùm cepta est conosci, ideo in Syrupulis de Arthemisia Matthæi de gradi. radix illa accipi debet. Si authoris iudicium sequamur, si verò intentiones, rectè herba sumi potest.

E.

E.

Elaterium, ſuccus cucumeris ſyl ueſtris inſpiſſatus.

Enula radix

Eringium, radix iringij, ceruleis floribus capitibus & ſtipitibus

Eruca ſemen

Eſulæ, cortices radicis eſulæ mi noris præparati.

F.

Fœniculum, etſi pleræque fœni culi partes in vſu ſunt, tamē ab ſolutè poſitũ accipitur ſemen.

Fœnigræcum, ſemen

Filipendula radix

Flores frumenti, id eſt, cerulei coloris.

G.

Gallæ, ſolidæ & denſæ optimæ ſunt, non ad atramentum ſo- lùm, ſed ad medicamenta quo que.

Galanga minor ſemper accipia tur ad compoſitiones ritè con ficiendas

Gentiana, radix

Gramen, radix
Granatum acidum
Gummi arabicum.

H.

Helleborus, vtriusque hellebori radix solùm in vsu est, & cùm simpliciter effertur helleborus, significatur plerunque albus, maxime Hippocrati, & Galeno, Mesue verò niger.

Hyssopus herba quæ in montibus nascitur laudatissima est

Hyosciamus, semen hyosciami album, sunt & folia in vsu, sed non appellatione totius.

I.

Iris radix alba, odorata, illirica quæ est optima.

Iuniperi. Baccæ nō solùm in medicamentis, sed etiam in suffitibus vsurpantur. Lignum verò tantùm ad suffitū vsum habet

L.

Lactuca in antidotis semen in vnguentis herba sumitur

Lapathum, radix lapathi acuti

Ligusticum semen
Lytargyros, auri chrysitis
Luph radix
Lupini amari

M.

Malua, absolutè in clisteribus herbã accipiẽdam esse denotat.
Maiorana, herba plerunque accipitur
Mandragora, cortex radicis mãdragoræ
Manna, græcis significat pollinẽ thuris, qui ex mutuò partium attritu sponte colligitur, arabibus verò medicamentum purgans, Græcis acromeli dictum.
Marrubium album
Margaritæ integræ pertusis, candidæ rufis & pallidis præstant.
Mastiche chia pinguis
Mel ad antidotos sumatur generosum & aromaticum, nõ eryceũ, quod suppositorijs aptũ est
Melilotum absolutè flores meloti citrini significat.
Mezereon folia præparata accipien

pienda
Mirobalani, caro ademptis nucleis
Muſcus græcis & latinis idem quod vſnea barbaris à quo moſchus res diuerſiſſima eſt.

N.

Nardus, ſpica nardi Indicæ
Naſturcium, ſemen
Nymphea flos citrin' nymphęę. Hic enim altero propter aromaticā qualitatē pręſtātior eſt.
Nigella ſemen.

O.

Ocimum, ſemen ocymi caryophillati.
Olybanum, thus album
Oleū abſolutè oliuarū maturū quod commune vulgò dicitur
Ononis radix
Opium thebaicum
Orobus ſemen.

P.

Parietaria apud veteres vera, apud recētiores vulgaris potiſſimùm ad clyſteres ſignificatur.

Papauer, ſemen albũ papaueris.
Peonia & radix & ſemen vſitatiſſima ſunt, ſed radix ſemine vſitatior,
Pentaphillum, radix
Petroſelinum ſemen
Petroleum flauum
Peucedanum radix
Piper album nigrum, Cordus.
Pyrethrum radix
Plantago maior cuius ſemen cõpoſitiones ingreditur.
Polypodium, Arabes quercinũ prædicant ac reliquis antepo- nunt.
Polium verum, montanum aro- maticum
Portulaca ſemen
Pruna, nos neque Damaſcena neque Hiſpana habemus, ſed Vngaricis loco vtrorumque v- timur. Vtrum verò dulcibus vel acerbis ſit vtendum, medi- cus definire debet.
Pſillium ſemen
Pulegium herba:

R.

Rhabarbarum, in arabum compositionibus vsitatum accipiendum est, videlicet purgatorium, in græcorum veterum rhaponticum.

Rhaponticum, radix

Rosa rubra prestantior alba, ideoque iure præferenda.

Rosmarinus herba

Rubia tinctorum radix

Ruta, satiuæ, rutæ herba.

S.

Sabina folia & tenerrimi surculi

Saccharum ad confectiones album & purum accipitur, nisi sit aliqua particula adiecta discriminis gratia, vt saccharum rubeum. Hic non accipiatur factitiũ illud quo coqui vtuntur, sed saccharum crudum & rufum, non impurum aut feculentum.

Sandaracha, alijs aliud significat: Videndum igitur quæ sit eius in quouis loco significatio.

Scammonium ad coquendo santido.

tidotos crudũ accipitur ad alios coctum, id eſt dacrydium.
Styrax calamites
Styrax liquida, vera non illa vulgaris graueolens
Sulphur viuum, ignis expers
Sumach, pulpa ſeminis.

T.

Tartarum albũ ruffo enim præſtantius eſt
Terra ſigillata vera non illa vulgaris pharmacopœorum, quæ nihil aliud eſt quàm argilla bolo armenio tincta, & in paſtillos formata
Terebinthina vera, ad medicamina interiorum ad vnguenta et ẽplaſtra vulgaris ſumi poteſt
Thimus exoticus, aromaticus
Tormentilla radix
Turbith album, gummoſum
Thus album, rotundum

V.

Verbena ſupina Dioſc. dicta
Veronica herba
Viola nigra, purpurea odorata

non sylueſtris illa nec leucoia.

Viſcus quercinus in medicamẽtis contra Epilepſiam, lignum, in vnguentis viſcum ex baccis coctum accipiatur.

X.

Xilobalſamum verum ſi haberi poteſt.

Xilocerata fructus grauis pinguis & non carioſus.

Z.

Zingiber album & contritu facilè ſed non carioſum. Quod durum lentum & fibroſum eſt reliquo inferiùs eſt.

Zizipha recentia & integra.

Appendix.

Si partes plantæ alicuius æque ſunt viſitatæ, & quid accipiendum ſit dubitas, obſerua vbi aut inter quæ ſimplicia illa ponatur: ſi enim inter herbas ponitur herba, ſi inter radices, radix ac-

accipi debet, & sic de cæteris.

Alia.

Interdum simul multa efferũtur, posito tantùm vno genere. Exempli gratia.

Flores Cordiales.

Significant flores borraginis, buglossæ, & violarum.

Fragmenta præciosa.

Saphyri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi.

Fructus.

Myrobalani absolutè complectuntur omnes species, videlicet citrinas, chebulas, belliricas, emblicas, indas.

Sandala, citrinum album & rubrum.

Herbæ.

Mollitiuæ herbæ, althea, attriplex, branca vrsina, malua, parietaria.

Semina.

Quatuor calida maiora, anisi, fœniculi cari cimini

Quatuor calida minora, apij, ammios, amomi, dauci

Quatuor frigida maiora, citrulli, cucumeris, cucurbitæ, melonum

Quatuor semina frigida minora, endiuiæ, lactucæ, portulacæ, scariolæ.

Radices.

Duæ radices, fœniculi petroselini

Quinque radices, apij, asparagi, fœniculi, petroselini, rusci.

Nota.

Quando scribitur Recip. quatuor

tuor feminũ calidorũ vel frigidorũ vnc. j. vel vnc. fem. de omnibus fimul iunctis tantùm accipiendum eft. Cùm verò fcribitur Recip. quatuor fem. calidorum vel frigidorum fingulorum vel ana vnc. j. aut vnc. fem. de fingulis vnc. j. vel vnc. fem. accipi debet, & fic de reliquis.

DE SVCCEDANEIS.

Succedanea dicuntur medicamenta quæ pro alijs pofita fimiles vires habere creduntur, grecæ vocantur ἀντιβαλλόμενα, quibus ideo opus eft, nam quibufdam fimplicibus hoc tempore in vniuerfum caremus, vt balfamo, calamo aromatico vero. Quædam afferuntur quidam fed plerũq; vetuftate cõfecta & arefacta, vt mirobalani, vel adulterata, vt gallia alipta mofchata vel alioqui viciata, imbrib' aut vici

nia, atque contactu rerum noxiarum, pro quibus alia supponi necesse est, & vt maxime difficilè est inuenire, quæ per omnia alijs respondeant, meliùs tamen est integris succedaneis quàm genuinis corruptis vti. Mediocria tamen genuina quibusuis succedaneis præferantur: succedanea, vulgò vocantur, quid pro quo.

Hic locus de succedaneis recognitione & repurpatione exactiore opus haberet. Multa enim passim apud authores, non Arabes solùm, sed Græcos quoque extant, quæ non satis aptè alijs substitui posse videntur. Nam pyrethrum pro zingibere poni, haud idoneum est, illud enim feruidam & igneam naturam habet, rectiùs piperis aliquod genus sumi videtur. Pro agarico euphorbium ponere periculosum, pro cnidij semine vitis semē ineptum. Reliqua omitto,

to, verùm talia castigare nõ vnius hominis, sed integri collegij medicorum labor est.

A.

Pro Absinthio abrotanum Gal. vel absinthium vulgare et rosas Cordus.

Abrotano absinthium.

Acatiæ succo, succus prunellorum syluestrium inspissatus, vel hipocistis, vel vt Dioscorides scribit, folia Rhois.

Acorocumini par põdus & pars tertia aristolochiæ, Auic.

Aceto vini, acetum mulsæ aut cereuisiæ clarum, maximè albæ, siue triticeę, sapore acerrimum & vetustum ad exteriora potissimum.

Alkakengi, fructus solani

Aloe, succus centaurij minoris.

Aloes ligno sandalum album aromaticum.

Alumine victriolum album

Amomo carpesium, vel cubebas vel calamum aromaticũ vulgarẽ

Amigdalis dulcibus auellanæ
Amigdalis amaris, nuclei psico-
Aqua pluuia fõtana Gal. (rũ.
Aqua marina muria natiua, si in
prõptu est, sin minus, factitia
Aristolochia rotunda & longa
clematis, quod est nostra aristo
lochia longa vulgaris vt Cor.
videtur.
Asphodelo, succ⁹ vel radix betæ
Asphalato, semen viticis.

B.

Pro Balaustio, malicoriũ, cupu
læ glandium.
Balsami fructu, cubebas, cario-
phila, aut cardamomum.
Balsami ligno, lignum aloes aut
santali
Balsami succo, stacte mirrhæ te
rebenthinæ oleum, vel vt Cor
dus sentit, oleum gariophilo-
rum, aut cinamomi aut oleum
granorũ iuniperorũ candidũ.
Bedeguar, carduum benedictũ
Berberis ribes & contra.
Bulbi semine, semen vrticæ.

C.

Pro Calamo aromatico verò, vulgaris calamus odoratus.
Chalcithide, chalcantum,
Capparum radicibus, tamarisci corticibus .
Cardamomo altero, alterum,
Cassia lignea, sabinæ, & cinamomi duplum.
Cētauria minore, graciola siue eupatorium Mesue & contra
Cinamomo casia
Cinnabari vera, hemathites
Cypressi nuce, malicorium.
Colophonia, resina,
Costo radix helenij
Cotoneis, pira īmatura, vel alioqui adstringēdi facultate prędita
Cucumere asinino, radix tithimalli.

D.

Dactilis ficus
Dauco cretico, seseli creticum
Dictammo vero, saluia
Dictamo vulgari, radix gētianæ.

E.

Ebeno gaiacum, Syl.

Ebulo sambucus & contra
Eupatorio, Mesue centaurium minus, vel vt Syluio placet absinthij & asari ana dimidium pondus.

F.

Pro Fœnugræco, semen lini
Folio nardus indica, vel casia lignea vera Gal. vel folium garyophillorum.
Fumoterræ, lupulus in medicamentis contra scabiem.

G.

Pro Galbano, sagapenum
Gentiana asari & rad. capparum ana dimidiam partem
Gummi arabico, tragacantha.

P.

Pro Hammoniaco, propolis
Hermodactilis in doloribus iuncturarum folia anchusæ & dimidium Bdellij.
Hyssopo montano, hortensis.

I.

Pro Iride Helenium odoratum.

L.

Pro Licio, Sumach.
Ligustico semẽ pastinacæ agre-
Luph radice, Radix ari. (stis.

M.

Pro Mace, nux moschata &
è conuerso
Malabathro filium illud vulga-
rè Indi dictum, Syl.
Maro, Maiorana, aut dictamus
creticus, Cordus.
Marubio, Melissa vti licet Acti⁹.
Meu sisonis semen, quod iam di-
citur amomum, aut seseli cre
ticum, Cordus.
Melle, saccharum ruffum, sed pu
rum & minimè feculentum.
Myrto sumach.

N.

Pro Nardo Syriaca, Schœ-
nantum.
Nasturcij semine, folia ipsius ex-
iccata.
Neremisch, semen peoniæ.
Nuce vomica, catapucia.
Nuce moschata spica, Syl.

O.

Ocimo citrato caryophylatum ocimum, Cordus.
Ocimo caryophilato, melissa.
Oleo sesamino, amigdalarum dulcium.
Oesipo, medulla ceruina
Omphacio, succus ribes, vel vinum austerum.
Oleo rosacio, violarū, nimpheę.
Opoponacę, hāmoniacū, galbanū, sagapenū vel bdelliū, Syl.
Ossæ sapiæ, pumex.

P.

Pro passulis cibebas & cōtra.
Pellicino, semē nigellæ agrestis, siue cornuthæ
Penidijs, saccharum candi
Sem. petroselini, semen apij
Petroselino macedonico. Sem. olusatri, Cord.
Pentaphilla, tormentilla. Plac.
Phu, valeriana, Plac.
Pipere longo, album, pro albo nigrum silidum.
Pyrethro, vua tamina & contra.

Psi-

Psilio lentem palustrem.

R.

Pro Ribes, berberis

S.

Pro Sapa, mel passularũ, Plac.
Satyrio, semen erucæ, aut lumbos scingorum.
Saxifragij semen, pimpinellæ semen.
Schœnanto, stipides iunci odo-
Scilla, pancration (rati
Scordio.
Spica nardi, celtica recens & selecta.
Spodio, ebur vstum
Stichade Arabica lauẽdula, Pla.
Sumach, mirtus
Sulphure viuo, citrinum.

T.

Pro Tamarice scolapendriã vel cortex radicum capparum.
Terebenthina vera, laricia
Terra sigillata, Bolum armenũ verum.
Thimo & Thimbræ satureia, Cord.

Tur-

Turbith Esula.

V.

Pro vino granatorum, succus arantiorum, falerno fuluum.

Vnicornũ succinũ album, Plac. quidam cornu cerui accipiũt. Fortasse & cornu alces non ineptè pro vnicornu ponitur.

X.

Pro Xilocerato, panem cydoniorum simplicem.

Z.

Pro Zingibere, pyrethrum vulgò.

DE SINONIMIS.

Medici & pharmacopœi peculiarem classem attribuere solent synonimis, id est diuersis vocabulis eiusdem significati siue diuersarum linguarum, eandem rem significantibus, sicut saliunca & nardus gallica, psidia & malicorium, nenuphar & nymphæa idem significant. Extant & apud veteres synonima, sicut apud

apud Dioscoridem videre est. Recentiores ingentia volumina ex omnibus linguis collecta synonimorum habēt. Verùm nos id in præsentia superuacaneum esse censemus, partim quia de quibusdam adhuc nondum inter authores plane cōuenit, partim quia quædam, & quidem vsitatissima catalogo simpliciū inseruimus; reliquimus etiam satis spacij lectori vt nostris adijciat, quæcunque ipsi visa, & doctorū iudicio probata fuerint. Non enim dubitamus quin hæc ratio aptior sit quàm multa coaceruare sine iudicio vocabula, quemadmodum ab alijs quibusdam factum est.

DE EMENDATIONE *corruptorum* Vocabulorum.

Multæ appellationes simplicium, partim incuria Medicorū, partim impericia Græcæ latinæque

ęque linguæ ſunt corruptæ, quæ & reſtitui debent & paulò negotio poſſunt. Nam aut in genere vitium eſt, aut in declinatione, aut in orthographia tantùm. Quædam videtur eſſe corruptæ, ſed non ſunt. Nam vel Arabicę ſunt, vel alioqui Barbaræ, quas in præſentia retinendas eſſe cenſemus, donec tempore paulatim exoleſcant. Vox Alkakengi non eſt corruptum Halicacabus: al enim articulus Arabicus eſt ſicut in voce Alkali alijsque pluribus videre eſt, nec Nenuphar corruptũ Nymphea eſt, vt quidam putant, & ſic de reliquis quoque in quibus corrigendis fruſtrà laboratur, ſiue enim Turbith, ſiue Turbetum, ſiue chebuli ſiue cepuli dicatur, in nullo diſcrimine ponendum eſt. Non autem poſſunt omnia ſimul emendari & aliquid conſuetudini tribuendum, nec barbaras res vocabulis barbaris ef

ferre alienum eſt. Nos communiſſima ordine literarum Alphabeti ſubijciemus, ex quibus de reliquis quoq; iudicium fieri poteſt.

Corrupta	*Integra*
A.	
Aron	Arum
Aſfodillus	Aſphodelus
Amidum	Amylum, &c.
B.	
Bedellium	Bdellium
Bruſcus	Ruſcus, &c.
C.	
Calamenthum	Calamintha
Camomilla	Chamemelon
Canapus	Cannabis, &c.
D.	
Diagridium	Dacrydium
Diptamus	Dictamus
Dragantum	Tragacãthũ &c.
E.	
Electerium	Elaterium

Enus

Enula	Inula
Endiuia	Intibus, &c.
F.	
Fiſtici	Piſtacia
Fu	Phu, &c.
G.	
Garyophilū	Caryophilū &c.
H.	
Hypoquiſtis	Hypocyſtis &c.
I.	
Ireos	Iris
Iringos	Eringium
Iuſquiamus	Hyoſcyamus &c.
L.	
Lacca	Lacha
Liquiritia	Glycyrriza.
M.	
Maſtix	Maſtiche
Muſcus	Moſchus, &c.
N.	
Neſpila	Meſpila, &c.
O.	
Olibanum	Libanum
Oxylatrum	Oluſatrum
Opoponacum	Opoponax

P.

Paritaria	Parietaria
Prassium	Prasium, &c.

R.

Reubarbarum	Rhabarbarum.
Reupontica	Rhaponticum.
Rizum	Oriza, &c.

S.

Sal armoniacũ	Sal ammoniacũ.
Sauina	Sabina
Se. sancti	Santonici
Serapinum	Sagapenum
Storax	Styrax, &c.

T.

Tamariscus	Tamarix
Terpentina	Terebinthina &c.

X.

Xilocaracta	Xilocerata, &c.

Z.

Zinziber	Zingiber
Zuccarum	Saccharum.

DE AEDIFICIO *Pharmacopœi.*

Aedificium Pharmacopœi sit

ſitum in foro, aut in aliqua celebri platea in capite eius loci, cuius exterior & libera pars ad Orientem: altera ad Septentrionem ſpectet. Ianua iuxta murum qui in Occidentem vergit, collocetur. Ad ſiniſtram vbi introitur ſit pharmacopolium ſatis magnum, quadratum, lucidum, feneſtris amplis, non nimis altum, vt tituli pixidum ſupremarum legi poſſint. Non procul à muro ſeptentrionali in domo ſit feneſtra quæ emptoribus ſemper pateat. Neque enim commodum eſt vt quiuis admittatur, ſicut inhumanum emptores in domum non admittere. Pharmacopolium habeat duas ianuas, altera qua introitur, altera per quam in culinam (vt ita dicam) exiatur. Pharmacopolio continuum ſit hypocauſtum tribus aut quatuor gradibus altiùs, ſed multò minùs, in quo ſaccharum & cõ-

fectio-

fectiones ſiccæ ſeruentur, & hiberno tempore miniſtri veſperi conueniant. Habeat tres feneſtras, vnam magnam ad plateam, per quam lumen recipiat. Duas paruas, quarum altera in pharmacopolium tendat, altera in culinam in ipſa vel iuxta ianuam. Oportet enim Pharmacopœum valde oculatum eſſe, & non Ianũ bifrontẽ, ſed Argũ cẽtoculũ agere, proxima eſt culina. Vulgò laboratorium dictum, in qua coquatur, conficiatur, & aquæ deſtillentur: ſequatur mox conclaue in quo materiæ peregrinæ præſertim ſeruentur, ſub quo ſit cella in qua olea, pinguedines, radices glycirrhizæ recentes & ſimilia reponantur: ſupra culinam ſint conclauia duo, alterum ad vitra, ollas, pixides, arculas, & ſimilia reponenda, alterum ad plantas indigenas reponendas: in hoc ſint longæ ciſtæ di-

ſtin-

ſtinctæ ſuis interſeptis, in quas plantarum partes diſtinctè, ordine alphabetico condantur. Supra hæc ſint duo palatia ad plantas exiccandas. In ſumma tota officina à reliqua domo & œconomia ſit diſtincta & ſeparata.

DE HORTO.

Non minùs horto quàm idoneo ædificio opus eſt Pharmacopœo, propter multas cauſas: primùm vt ſemper in promptu ſint recẽtes plantæ, quarum ſucco ſubinde indigemus: deinde vt herbæ rariores in eo alantur: tertiò vt animi cauſa, tum ipſe tum miniſtri ipſius poſſint nonnunquam in illum expaciari, & inſpiciendis plantis ſe recreare. Neceſſe enim eſt vt etiam ſuas recreationes habeãt, ne aſſiduis laboribus & perpetuò domi deſidendo huius vitæ generis tę-

dio afficiantur. Optima autem sunt oblectamenta quæ simul oblectant & prosunt: Hortus sit situs non procul à domo (si iuxta eam esse non potest) ne longè ab officina recedendum sit.

DE PHARMACOPOEI CONDITIONIBVS.

Pharmacopœus sit primùm omnium natura ad eam artem adpositus, & nihil esse malit quàm quod est. Nã qui Minerua inuita vt dici solet, aliquid didicerunt, infeliciter didicerunt, ac semper ad alia aspirant, nec sua sorte vnquam contenti sunt. Deinde sit peritus illarum artium & linguarum, quas suprà commemoraui, & ante omnia in simplicium cognitione, se assiduè exerceat, & cum doctis libenter conferat. Tertiò sit conscientia bona præditus, vt ni-

hil in ſua profeſſione negligenter vel temerè agat, quo Deus aut homines offendãtur, ſi quid dubitat interroget potiùs, quàm errorem committat, aut conſcientiæ ſuę ſcrupulum injjciat. Quartò vt ſit bonus œconomus fugiens ſodaliciorum, & in primis illud Catonis conuiuare rarò tanquam oraculum aliquod obſeruet. Agat vitam philoſophicam, id eſt ſobriam & modeſtam. Poſtremò omnia in tempore comparet, omnia ritè pręparet & apte reponat & ſit mundiciei ſtudioſiſſimus.

DE MINISTRORVM *Conditionibus.*

Miniſtri ſint docti ſuæ artis & vſum non vulgarem componendorum medicamẽtorum habeant, non ſint errones, hiſtriones, athletæ, cantores, citharedi, bibuli, ſodalicijs aut alijs rebus

bus inhonestis dediti. Conuersentur libenter cum doctis & bonis, quorum consortio meliores euadere possint. Nec denegetur ipsis vt interdum lectionem aliquam audiãt, aut in hortum cum studiosis simplicium expacientur, si id expetunt, & absque iactura domini fieri potest, vt quod domi agãt, si quod temporis superest, habeant.

DE DISCIPVLIS *recipiendis.*

Non recipiat nisi idoneos discipulos, id est qui callent Grammaticam, & sint corpore sano & robusto, vt non solùm discere sed etiam labores tollerare necessarios possint, spacium discẽdi sit quadrienniũ. Cum eo tamẽ vt quarto anno dimidiũ prçcium vel etiam integrum perfecti ministri accipiant, vt exacto tempore præscripto, viaticum habeant si quo discedere & pe-

riculum artis facere cupiunt, non autem recipiantur, sine spō soribus, ne videlicet ante tempus aut propter facinus aliquod commissum aufugiant, ita autem se gerant ministri omnes: vt si quando abire cupiant à dominis suis certis Pharmacopœis commendari possint, ne opus sit hinc inde discurrere & pecuniam priùs partam dilapidare, ac tandem qualemcunque conditionem suscipere.

DE INSTRVMENTIS *necessarijs in Pharmacopolio.*

DE PIXIDIBVS.

Pixidibus varijs opus est, videlicet ligneis, stanneis, plumbeis, æneis, ad medicamenta ocularia lapideis, fictilibus. In primis verò vna, in qua butyrum ad pillularum confectiones

nes continetur. Deinde alia in quam conijciuntur. Hæc est rotunda, plana instar orbis, vtraque pars continet tres rotundos pedes, & in altera parte margine lata circundatur, vt claudi possit.

DE ARCVLIS.

Arculis maioribus ad herbas opus est, alij scatulis (vt vocant) vtuntur minoribus, ad semina & alia.

DE MORTARIIS.

Mortaria aut ænea aut ex orichalco facta, aut lapidea, aut plumbea sint, sufficit vnum plũbeum, vnum lapideum. Aenea multa & varia sint, vnum grande, aut si est magna officina duo in quo duriora & copiosiora tũdantur, reliqua ordine minora sint proportione, minimũ mo-

ſcho & ambræ terendis destinatur, magna mortaria ligneo operculo firmo in medio perforato tegantur, ſi quid terendum aut tundendum offertur, quod facile in puluerem diſsipatur.

DE PISTILLIS.

Totidem ſint piſtilla quod mortaria & eiuſdem materiæ, quanquam ad omnia ferrea ferè ſunt accommodatiora, fiant autem ex ferro duriſsimo, ne quid terendo vel tundendo decedat, & materijs admiſceatur. Vnum etiam ſit ligneum magnũ longũ quo recentes herbæ tunduntur.

DE SPATVLIS, *vt vocant.*

Spatulæ magnitudine piſtilla æquent, numero verò excedant. Nam opus eſt ſpatulis etiã ad eximenda medicamina è pixi-

pixidibus, item ad cōfectiones, ne iiſdem ad electuaria & vnguenta vtendum ſit, quod quidam impuri, non ſine incommodo negligunt, vt enim materiæ, ita quoque inſtrumenta confundi non debent. Ad hæc parum, parua ſpatula multum maiore contra quorundam morem eximi debet. Ferreæ ad communem vſum ſunt aptiſsimæ, ad decoctiones verò qualeſcunque ligneas præfero, ſi modò ex ſolida materia factæ ſint. Variat etiam figura, extremitas ſit lata, rotunda, oblonga, non nimis magna, ad quoſdam tamen vſus latæ figura linguæ præſtant.

DE COCHLEARIBVS.

Cochlearibus varijs, & ad varios vſus pharmacopœus indiget, primū op' eſt magno ferreo quo eximātur materię in magno

mortario tusæ. Deinde paruis æneis ad pulueres eximendos è pixidibus. Tertiò magnis ferreis foraminulētis duobus, quibus spumæ aliaque excrementosa in summo natantia auferuntur ab ijs quæ decoquuntur vno atque altero vnum foramē habente ad confectiones.

DE CRIBRIS.

Varijs opus est cribris, partim minoribus ex corticibus tiliæ, partim ex setis equinis confectis, ex corticibus fiunt magna cribra & parua quoque per quæ semina & confectiones traijciūtur. Setaciorum alia sunt aperta, alia vtrinque clausa, per aperta metallica & terræ species crassiores ac viliores cribrantur, per reliqua alia. Pręciosi lapides per sericū duabus latæ pixidis partibus tanquā septum inclusum cribrentur. Non autem vno ad diuersa, nec diuersis ad vnum

vtendum eſt. Hoc ergo pacto diſtinguantur & inſcribantur, ad aromata, ad amara, ad purgantia. Sunt quædam quæſingularia cribra exigunt, vt venena, ærugo, &c.

DE TABVLIS.

Varias & diuerſas tabulas habere oportet, ligneas & lapideas, vnam ligneam in quam nudam cribrentur materiæ, aut chartæ ſubſternantur, alia in quam materiæ ad compoſitionem Antidotorum diſponantur, hæc tegmentum habeat, ne ſi vel abeundum vel expectandum alioqui materiæ confundantur, aut aliæ res extrinſecus immiſceantur. Non enim Pharmacopœus miſcere ſimplicia eiuſmodi debet, niſi medici adſint. Tertia tabula ad materias decoctionum excipiendas. Lapidearum tabularum vnà cum lapide manuali ad terendos la-

pides præcioſos deſtinata ſit: altera ad penidia: tertia ad emplaſtra cerata.

DE MENSIS.

De menſis non poſſunt tradi præcepta certa multis enim opus eſt, vna in pharmacopolio in qua materiæ ponderantur: altera in qua diſpenſantur & reponantur. Hæc debet eſſe libera, ac ſingulis chartis impone aliquod corpus graue, ac diligenter nota ſingula ne confuſio aliqua fiat, altera verò varijs rebus inſtructa ſit, nam ſupra hanc pendeat inſtrumentum, raſtro non multum diſſimile, in quo ſuſpenduntur lances, vaſcula ex oricalcho, cochlearia parua, itē duæ pixides rotundæ quibus funiculi altera craſſiore, altera tenuiore dependeant. Item forfices aliquot, vna magna & firma qua herbæ inciduntur, reliquæ minores ad chartas & fila. In mē

ſam collocata ſit arcula conti-
nens pondera minora omnis ge-
neris. In menſa ſit foramen per
quod pecunia in ciſtulam ſubie-
ctam demittatur. Sunt & aliæ
arculæ clauſæ in quibus res ne-
ceſſariæ & præcioſæ contineantur.
Conſultum etiam eſt omnia
in librũ referri quæ venduntur
vt exacta ſeptimana Pharmacopœus
accepta cum indice
conferre poſsit. In laboratorio
ſit menſa munda in quam penidium
diſponatur, rotulæ, morſuli,
& alia eiuſdem generis. Deinde
alia menſa ad herbas neceſſaria
eſt, nec ſunt in terram
proijciendæ, quod quidam faciunt,
ne vel pedibus conculcentur,
vel à canibus comminganctur.
Eſt & menſa opus ſupra quã
herbæ deſtillandæ cultris feriantur,
reliquas omitto.

DE LIBRA.

Varijs opus eſt libris, nec

diuersæ res in eadem sunt ponderandæ, nisi priùs probè mundatis, nec ad pauca magna recipiatur, alioqui enim ponderi aliquid decedit, nec ad multa exigua ne quid dissipetur & pereat cùm omnia capere non possit, sed libra æqualis sit rei ponderandæ.

DE PONDERIBVS.

Pondera necessaria bis in prõptu sint ne deficiente vno quid Pharmacopœum remoretur.

DE LAGENIS.

In lagenis ligneis ego aquas destillatas seruare in pharmacopolio soleo, non enim tot iniurijs sunt expositæ quod lapideæ vel fictiles. Sed cauendum est ne nouæ & nondum aqua feruida aliquoties satis elotæ accipiãtur alioqui enim aquæ corrumpuntur & tum saporem tum colorem alienum acquirunt. Materia

teria lagenarum, vt aliorum vasculorum lignum quernũ aptissimum est. In reliquis non magnus lagenarum vsus est.

DE SCHALIS.

Multis opus est schalis, præstat enim in alto posita schalarũ ope accipere, quàm alijs instrumentis depromere.

DE CVLTRIS.

Cultri non sunt vnius generis, alij enim sunt vulgares, & vsitate, quibus radices, & alia cõmunia secantur. Alij ad certos vsus destinati, quorum quidam sunti ncisorij, quibus radices & aromata inciduntur qui in capite affixi sunt tabulæ alicui, certo ferramẽto in altera parte ansam ligneam habens qua prẹmũtur res, quæ altera manu cultro subijciuntur. Est & culter quo saccharum tundendo finditur breuis crasso dorso, firmus ne

frangatur.

DE COGNATIS *ferramentis.*

Cognata his ſunt ferramenta quibus flores herbæ & alia quædam ad conſeruas aliaque neceſſaria ſecantur. Alia ſunt figura lunari vtrinque ligneis anſis infixi, alia oblonga lata, quæ feriendo diſſecant.

DE LIMIS.

Limis indigemus propter res quæ non facilè tūdi terique poſſunt. Lima alia craſſior eſt, alia tenuior. Vtraque ſuum vſum habet & neceſſaria eſt.

DE MALLEIS.

Duplicis generis malleis opus eſt, vno ligneo, oblongo, graui ſatis quo in findendo ſaccharo vtimur, hic cum ſuo cul-

tro in arca sacchari seruetur, reliqui ferro constant ad varios vsus.

DE VRCEIS
& Ollis.

Vrcei & ollæ omnis generis in certis quibusdam arcis seruentur in pharmacopolio, vt semper in parato sint, ne si quid eiusmodi vasculis excipiendum aliunde primùm petendum sit.

DE HYPOCAVSTO.

Sacchari coni in suprema parte collocentur: deinde confectiones, in repositorium, varijs arculis constans: supra fornacem sit structura quædam lignea cui cribra impleta recentibus confectionibus imponuntur, vt meliùs exiccentur. Deinde sit aliud repositorium distinctum in quod

fra-

fragmenta crudi ſacchari impo nuntur. Non procul ab hac reponatur in locum aptum puluinar cum cultro longo, lato tenui, quo folia auri & argenti diuiduntur, affixum tabulæ quæ volumen auri & argenti cõtineat. Eodem loco & formæ ad ſaccharum ſeruentur.

DE FORMIS.

Formæ variæ ſunt, alia ad animalia ex ſaccharo effingenda, quarum aliæ ſimplices ſunt, aliæ duabus conſtant partibus quæ impoſita maſſa claudantur & quod ſuperuacaneum eſt exprimunt, aliæ ad Marcipanes, aliæ ad Trociſcos ex metallo, aliæ ad cæram ſigillatoriam.

DE LABORATORIO.

Hic varijs opus eſt inſtrumentis de quibus partim antea diximus

mus, partim nunc dicemus.

DE AHENIS ET VASIS METALLICIS.

Ahena varij sunt generis & vsus, nec eiusdem quantitatis, alia sunt profundiora, alia latiora, alia inter hæc media. Vasorum reliquorum, quædam orichalco constant, quibus tonsores vti solent, his addantur duo ferreæ ansæ, vt igni imponi & in tempore remoueri facilius possint. Horum vsus est ad decoctiones. Sunt & alia vasa non magna rotunda, instar medij globi in vna parte plicam habentia, in alia manubrium habent. Cui ligneus pediculus insertus est, ne manus vratur, quibus ad orbiculos fundendos vtimur, vocantur vulgò patellæ.

DE PILIS.

Pilæ aliæ sunt lapideæ vel fictiles

tiles, aliæ æneæ in quibus semi-na & nuclei teruntur, aliaque diuersi generis subiguntur & miscentur. Ego electuaria quædam vt diaphænicum in eiusmodi pilis subasperis atterere & miscere soleo, potiùs quàm in vasis æneis aut mortarijs, vt alij solēt propter acetum.

DE VITRIS.

Vitra alia ad liquores, alia ad antidotos vsurpātur, in quibus rectissimè pleraque seruarentur nisi in fragilitate periculum esset.

DE COLATORIIS.

Colatoria alia ex panno lineo, alia ex laneo alia ex setaceo fiunt, alia sunt raræ texturæ alia densæ. Quidam colaturi decocta duobus vel tribus colis vtuntur supra se positis. Superiore rariore, inferiore densiore, medio mediocri, non absque

que ratione, ita enim citius, quod volunt aſſequuntur. Quędam per ſaccos colantur.

DE SACCIS.

Saccorum alij ſunt vſitata forma in quibus materiæ adportantur, & ſuſpenſæ ſeruantur. Quidam enim herbas omnes in ſaccis ſuſpendunt. Alij ſunt per quos materiæ colantur & exprimuntur. Alij verò figura longa acuminata ex quibus mucagines mulgentur. Talibus etiam vtimur ad decocta, liquores, & vina facticia colanda.

DE TORCVLARIBVS.

Torcularibus opus eſt, ad ſuccos exprimendos. Duo ſufficiunt. Alterum ad liquores aquoſos. Alterum ad olea, aliaque pinguia. Nec debent eodem modo promiſcuè exprimi.

DE

DE FORNACIBVS.

Fornacum aliæ ſunt portatiles ex ferro factæ, cuius caput eſt pilæ ſimili in fundo foromi nulentum, vel craticula ferrea conſtans, per quæ cineres deciduntin ſubiectam partem mediam, quæ in latere habet ianuam paruam ea clauditur, ſi flamma nimis magna eſt, alioqui aperitur, fundum ſolidum habet. Inſiſtit totum opificium tribus validis pedibus, & bicubitale eſt. Aliæ fornaces ſunt extructę ſuis focis, illis ſimiles, ſed abſque pedibus.

DE VESICIS.

Duæ ſunt plerunque neceſſariæ veſicæ cupreæ, ne ſi vna nimium oneretur herbæ aduarantur & vt diuerſæ materiæ ſimul ſi opus eſt deſtillari poſſint, figura ſit diuerſa à vulgari-

ribus veſicis in quibus feces vini deſtillantur & imitatur potiùs vitra deſtillatoria. Caput extrinſecus iungatur corpori, ſiue cucurbitæ alembicum, vt vocant, ſit rotundum vertice, paululum acuminato, non longe ab extremitate compreſſum introrſum, eo vſque vt aquam deſtillantem excipere, colligere & in canalem tranſmittere poſſit. Canalis hic committatur alteri tranſeunti per vas plenum aqua frigida. Cuius extremo iungatur vitrum receptorium. Atque hoc ſimplex eſt caput, quod circundari poteſt alio vaſe paulo ampliore & altiore, in quo frigida continetur, quæ calefacta emitti poteſt per ſuum canalem, hic non opus eſt aliquo vaſe frigida aqua impleto, ſed receptorium canali capitis mox ſubijcitur.

DE BALNEO MARIAE.

Balneum mariæ vocatur quādo alembica stannea, vel vitrea quòd meliùs est in aheno aqua assiduè feruente posita, & materia impleta, aquam idem destillant. Reliqua instrumenta destillatoria, suprà sunt obiter indicata.

DE MODO COMPONENDI MEDICAMINA.

DIxi suprà quid sit medicamētum compositum, nempe quod ex diuersis simplicibus coactum est. An verò & quare eiusmodi compositis opus sit, non ad pharmacopœos, sed ad medicos inuestigare pertinet. Nūc rationē cōponendi medicamenta quod pharmacopœi propriū est breuiter & sūmatim perstringā.

In omni compoſitione duo præcipuè & ferè ſola pharmacopœo ſunt conſideranda, nempe materia & forma. Non autem minus refert, quomodo medicamenta (quàm qualia ſint ſimplicia) cõponantur, ſæpiſſime enim vſu venire ſolet, vt materiæ etiam optimæ malè miſcendo & tractando corrumpantur. Quemadmodum ſæpè ex optimis frumento lupulo & aqua cereuiſiæ non ita bonæ fiunt. Ex vitioſis autem materijs nihil boni, quantumuis artifex peritus adhibeatur produci poteſt. Itaque in vtrunque & vt materia proba ſit, & vt quẽadmodũ decet miſceatur pharmacopœus pariter intentus ſit oportet. Vt autẽ legitima mixtura fiat debitũ ſimpliciũ pondus eſt obſeruandũ & materiæ iuxta præcepta artis ſunt miſcendę.

COMPOSITA VNde denominentur.

Ab inuentore, vt mithridatios à

Mitridate rege ponti, philoniũ à philone.

Ab ingredientibus quibuſdam vt diatriō pipereō, diaciminum.

A numero ingredientium, vt theriaca diateſſaron, quia conſtat quatuor ſimplicibus: emplaſtrum triapharmacum, eò quod ex tribus materijs componitur.

A colore bechici albi, bechici nigri, emplaſtrum viride, vnguẽtum rubeum potabile.

Ab odore, gallia moſchata, alipta moſchata, pilulæ fœtidæ.

A ſapore Hiera picra, diamoſchum dulce diamoſchum amarum.

A figura, trochiſci pilulæ glandes:

A regione vbi vel inuenta vel plurimùm in vſu ſunt, philonium Perſicum, pilulæ Arabicæ.

Ab vſu paſtilli bechici, quia vàlent contra tuſſim, catapotia optica quia viſui conducunt.

A membris quę respiciunt, vt stomachicum laxatiuum, epithema cordiale, pilulæ arthriticæ.

A modo vtendi, eclegmata quia lambuntur, catapotia à deglutiendo, &c.

DIVISIO COMPOSITIONVM.

Duplices sunt medicamentorum compositiones, aliæ certorum & receptorum authorum inter quos Mesue & Nicolaus Alexandrinus & Myrepsus, hoc tempore primas obtinent, vt cōpositio philonij persici Mesues, benedictæ laxatiuæ Nicolai. Aliæ incertorum vel obscurorum authorum, vt liberantis electuarium de croco, species cordiales vnguentum rubeum potabile. Emplastrum de lapide calaminari & similes quæ passim in officin... magistrales dicuntur, a nobis vero nothę siue ἄδηλοι.

ALIA DIVISIO.

Compositorum alia extrinsecus corpori admouentur, vt olea, vnguenta, emplastra, alia per os ingeruntur, vt electuaria, confectiones, pilulæ. Harum aliæ sunt solidæ, vt confectiones solidæ dictæ, pastilli, massæ pilularum, aliæ liquidæ à quibus initium faciemus.

DE CONFECTIONIBVS FLVIDIS.

Liquidorum aliæ sunt fluidæ aliæ mediæ inter solidas & fluidas: fluidæ, vt iulepi, syrupi, sapæ iuleb & rob sunt barbara vocabula, nec possunt ad latinorum regulas adstringi, siue igitur iuleb aut iulebum aut zulapium efferas parum refert: ita quoque siue syrupum vt hactenus medici consueuerunt efferas siue serapium, vt nunc quibusdam moris est.

DE IVLEPIS.

Iulepi ex aqua destillata & saccharo coquuntur. Sumitur à quibusdam aquæ duplum ad saccharum, ab alijs minus, possunt vt mihi videtur non incommode æquales partes accipi. Quò autem plus aquarum sumitur, eò diutiùs coqui iulepum oportet, vnde quòd subtile & aromaticum est, coquendo exhalat, coquuntur autem iulepi paulò infra syrupi consistentiam. Fiunt iulepi non solùm ex aquis violarum & rosarum (qui duo ferè tãtum in officinis hoc tempore prostant) sed ex alijs quoque præcipuè aromaticis, vt mente, fœniculi, hyssopi, &c.

DE SYRVPIS.

Differt syrupus à decocto duratione suauitate & cõsistentia, syrupus rite coctus vltrà annũ etiam quandoq; durat & efficax

est, decoctum verò vix per septimanam seruari potest, syrupus plus sacchari aut mellis recipit quàm decoctum, ideóque suauior & gulæ gratior est. Syrupus ad iustam spissitudinem decoquitur, decoctum verò non. Fiunt syrupi vel ex succis, vel ex decoctis, addito melle aut saccharo vel vtroque simul.

Syruporum alij simplices dicuntur qui ex vnius simplicis decocto, vel succo fiunt, vt rosarum, violarum, artemisiæ simplex è limonibus, ex succo acetoso citrei mali, alij compositi qui ex varijs conficiuntur, vt syrupus è quinque radicibus, syrupus ex Artemisia Mathei de gradibus. Variè autem parantur. Alij decoctiones à simplicibus effundunt & colant ac addito saccharo vel melle quantum satis est, coquunt. Alij decoctum, manibus vel prælo priùs exprimunt, expressum do

nec

nec clarum fiat purificant, deinde ad perfectionem coquunt. Hi ſyrupi prioribus videntur eſſe efficatiores, illi elegantiores. Mihi optima ratio eſſe videtur conficiendi efficaces ſyrupos, macerare aliquamdiu materias in liquore præſcripto & calide ſuperinfuſo non nimis multo, ſed quantum tegendis & humectandis materijs ſufficit. Deinde tanquam recentes & virides prælo ſubijcere, ſuccum exprimere & vt decet percoquere, ne recoquendo, & diutiùs feruendo multum exhalet, & quod tenuiùs eſt pereat. Qui ex ſuccis parantur ſyrupi alij merum recipiunt ſuccum, alij aqua mixtum, vt ſyr. ex infuſione violarũ roſarũ, &c. Quædam materiæ cum melle coquuntur, vt roſæ, ſed hoc rariùs eſt. In quibuſdam ſyrupis materiæ exactiſſimè tritæ, & in panniculum lineum, vel ſericum raræ textu-

ræ inclusæ, in syrupos adhuc feruentes, imponuntur, & relinquuntur ibidem donec syrupus absumatur vt in syrupo è stechade è cichorio cum rhabarbaro, &c. Rectius mihi facere viderentur si qui materiam illam vel dissolutam vel laxius inclusam in medio decoctionis inijcerent, atque aliquantisper simul feruere sinerent, subinde rudicula ad lebetem comprimendo mouendoque ac tandem fortiter exprimerent. Quomodo enim vis medicamentorum in syrupum transire potest, nisi vel vnà coquantur, vel syrupus semper caleat, quod incommodum est, vel pulueres inclusi assiduè moueantur ac præmantur? Verùm vt in alijs, ita hic quoque non volo nouam regulam pharmacopœis præscribere, sed tantùm indicare quid mihi optimum videatur, & qua ego ratione vti soleam.

Syrupi quò diutiùs durare debent, eò ad crassiorem consistentiam coquendi sunt, sic æstate quoque quam hyeme spissiores sint necesse est. Non satis cocti vel acescunt, vel situm contrahunt, vel alioqui corrumpuntur, atque putrescunt. Nimium vero cocti in fundo sacchari candi modò concrescunt: sacchari aut mellis quantitatem authores ipsi plerunque exprimunt: syrupos non durabiles & aquosos vulgò longos vocant, vtcùm medici scribunt, fiat syrupus lõgus, id est, aquosus, non ad perfectionem coctus.

Regulæ.

In reponendis confectionibus mollibus duo caueãtur, primo ne aut nimis calidè reponantur, aut si diuersum videtur (minore siquidẽ dispendio & molestia calida, quàm frigida à vasis separãtur, & in alia trãsferũtur)

relinquatur apertum vas, donec refrigeretur, aut charta cribri instar ſtilo pertuſa imponatur. Deinde ſummopere cauere oportet, ne medicamina acetum recipientia in ſtanneum aut plũbeum vas infundantur, multò minus in æneum, ne corrumpantur, & ſaporem æruginoſum cõtrahant.

DE SAPIS.

Huc & alios ſuccos medicatos refero, qui variè in officinis appellantur, nẽpe miue, rob, & c qui ſyrupis paulò diutiùs coquuntur, de quibus ſuprà. Sapa propriè eſt muſtum ad tertias coctum. Deinde in genere pro quolibet ſucco à nobis tantùm purgato & inſpiſſato, calore ignis aut ſolis accipitur.

CONFECTIONVM *reliquorum diuiſio.*

Confectiones vel antidoti potiùs

tiùs (nam ita à veteribus appellantur) ſunt medicamina melle aut ſyrupo ſacchari excepta. Antidota in genere dicta ſunt medicamenta quæ contra morbos exhibentur ab ἀντὶ & διδωμι vnde libri medicamentorum, antidotaria quibuſdam inſcribuntur. Hinc quędam cephalica quędam ſtomachica, quædam hepatica nominantur. Dicuntur & medicamenta contrà venena & morſus venenatorum antidota. Nunc electuarium eſt vſitatiùs quàm antidota ſiue confectiones, aliæ aromaticæ dicuntur, eò quod magna ex parte aromatis conſtant, ac magis ad confortandum membra principalia, quàm ad alios vſus comparata ſint. Aliæ catarticæ (vulgò à ſoluendo aluo ſolutiuæ) quod aluum purgandi facultatem habẽt. Aliæ quia opium recipiunt opiatæ, veteribus narcoticæ dictę. In duobus poſtremis magna

animaduersio adhibenda est, ne quid perperam fiat, aut error comitatur, ex quo ægroti in discrimen vitę, aut longę valetudinis adducantur, medici verò infamię notam incurrant.

ALIA DIVISIO.

Quoniam materię confectionum, quod ad quantitatem attinet, potissimę sunt mel aut saccharum: Duplices etiam sunt confectiones, molles & duræ. Ex melle molles tantùm, ex saccharo vtræque fieri possunt, veteribus molles solùm in vsu fuerunt, nam nec modum tractandi saccharum sciuerunt, nec eius copiam habuerunt. Nostri solidis multum vtuntur, quę vt gratiores illis sunt, ita quoque minus efficaces, nam non ita bene miscentur, non fermentant mixtę, aliquid etiam dum calido saccharo materiæ tritæ aromatice pręsertim injciũtur exhalat, &

& recoquendo vires dissipātur. Ad confectiones liquidas accipitur mel vel saccharum ad syrupi consistentiam coctum.

De quantitate variant authores, alij siquidem triplum, alij quadruplum mellis aut sacchari speciebus admiscent. Valerius Cordus vbique triplum accipit, & alij ferè omnes quadruplum. Illius ergo confectiones sunt validiores horum verò gratiores quidē palato, at minus efficaces quare hic (vt in alijs ōnibus ambiguis) medicos pharmacopœi in consilium adhibeant, & nihil pro suo arbitrio faciant, ita enim tum conscientię tuę consulent, tum reprehensionum occasiones euitabunt: atque hęc de illis solùm intelligantur, vbi nullum pondus certū ab authoribus expressum est, sed tantum scribitur, adde mellis aut sacchari. q.ß.id est, quantum sufficit, vel quantum satis est,

In reliquis ex præſcripto cũ-
ɛ̃ta miſceant, niſi medico ſecùs
videatur. Molles antidoti vulgò
electuaria à quibuſdam recen-
tioribus electuaria dicuntur.

DE MELLE ET SACcharo ad molles confectiones coquendo.

Ad confectiones accipiatur
mel optimum, ſi fieri poteſt, ad-
datur aquæ quantum neceſſitas
exigit, nam quò mel puriùs, eò
minus aquæ opus eſt: ſufficit au
tẽ plerumq; triplum, deinde co-
quatur & ſpuma ſubinde coclea
ri foraminulento ſtanno obdu-
cto auferatur, tantiſper dũ iuſtã
ſpiſſitudinẽ acquirat cuius ſignũ
eſt, quãdo rudicula immiſſa, vel
cochleari extracto & eleuato, in
ſtar fili defluit aſſiduè, in fine ve
rò quaſi abrũpitur filũ, & ſupe
rior pars retrahitur, ac conglo-
batur, donec ea quoque diducta
decidat. Alij hac vtuntur nota,
deſtil

destillant guttam in solidum aliquod corpus lapideum, vel metallicum læue, quæ si non diffluit, aut inclinato, vel inuerso subiecto non decidit, iustam cõsistentiam habet, si verò diffluit, aut decidit, aquosius iusto est, & diutius coqui debet: talem cocturam syrupum vocãt, quẽadmodum suprà quoque ostensum est: idem de saccharo iudicium. Quidam pro aqua vinum accipiendum esse censent ad syrupos confectionum, quod ad calidas antidotos non improbo. Mel coquitur vt purificetur, purum autem esse significat spumæ absentia. Saccharum non solùm purificationis gratia, sed etiam vt liquidiùs fiat coquitur. Ac quoniam in formulis medicamentorum in fine adijci solet, fiat secundum artem (molestum enim esset in singulis compositionibus eadem repetere) nunc communissima præcepta

de artificio componendi trademus, reliqua quotidiano vſu obſeruari & adijci, vel ex libris Syluij cognoſci poſſunt. Initio à præſenti materia ſumpto.

DE CONFECTIONIBVS AROMATICIS.

Syrupus mellis vel ſacchari aut in promptu eſt, aut iam primùm cùm vſus poſtulat coquitur. Si recens coctus eſt, non imponantur pulueres aromatum, priuſquam mediocriter refrixit, impoſita exacte piſtillo miſceantur, mixta in vaſe fictili denſo, vel vitro condantur. Vulgò ſtannea vaſa accipiuntur, an verò rectè, adhuc ſub iudice lis eſt.

Regula generalis.

Pharmacopœus bonus antequam incipiat componere omnia ſimplicia aliaque neceſſaria in promptu vt ſint curare debet,

bet, nec imitari malos patresfamilias, qui tum demùm panem aut potum adferri curant, cùm iam mensæ assident, ne ab opere conquirendis necessarijs auocetur ac interim aliquid corrumpatur.

Alia Regula.

Pharmacopœus non debet solus magna antidota componere, sed principio materias in tabulam disponere, deinde medicos adhibere, spectatores, censores, testes.

DE SOLVTIVIS.

In his magna animaduersio adhibenda est, vt cuncta probè misceantur, quod vt fiat rectiùs. Primum paululùm syrupi in pilam lapideam infundendum est: deinde species adijciẽdæ & circumagenda ambo simul ligneo pistillo, donec omnia vnum & idem consistentia & colore esse

videantur. Posteà per vices affundatur reliquum syrupi & eodem modo procedatur. Hæc communis mixtionum regula est. Altera verò talis, accipiantur primò simplicia cathartica, probè misceantur, adeò vt iam omnia vnum & idem esse appareant, deinde syrupus miscetur. Quando res negligenter miscentur, sæpe vsu venire solet vt species in vna parte quasi conglobētur, in alia verò vix sensu percipi possunt, vnde ægrotis maximum periculum, Pharmacopœis verò & medicis ignominia coniuncta cum mala conscientia accedit.

Regula.

Notæ in omnibus antidotis mollibus viciosę mixtionis sunt grumi, bullæ, inęqualis color, lineæ, festucæ & similia.

DE OPIATIS.

Hæc non minorem quàm cathar-

thartica in miſcendo diligentiam requirunt, reponantur in vaſe ſtanneo, loco temperato declinante ad ſiccitatem, ſicut & reliqua. Operculi cauo inſcribatur tempus mixtionis, id eſt quo die & anno facta ſit antidotus, aut titulo adſcribatur. Hæc regula in omnibus compoſitionibus quę aſſeruantur obſeruari debet. Habent enim non minùs compoſita, quàm ſimplicia medicamina ſuas ætates, ex quibus efficacia ipſorum & facultatum diuerſitas æſtimatur maximè opiata, quæ valde pro ætate variant.

Regulæ.

I.

In omnibus Antidotis mollibus præſtat accipere calidum quàm frigidum ſyrupum. Ita enim faciliùs fermentabit maſſa.

II.

Vaſa in quibus antidoti contincn-

tinentur non debent ad summũ usque repleri ne dum feruẽt exundent ac diffluant.

III.

Antidoti opiatę maximè principio ponantur in locum calidiorem propter fermentationẽ.

IIII.

Post fermentationem iterum rudicula probè misceantur, deinde reponantur in loco sicco temperato.

DE LOCH.

Cognata prædictis sunt medicamina pectoralia quæ lambendo sumuntur à Græcis eclegmata, vulgò loch dicta. Materiæ tritæ & contusæ, siue incisæ asiduè mouendo, syrupo circumaguntur pistillo, donec massa lentorem quendam contrahat, & vniformis fiat. Nota enim & terminus perfectę mixtionis est, quando medicamentum vnicolor & vniforme est.

DE SOLIDIS CONfectionibus.

Ex aromaticis confectionibus pleræque nunc solidæ in vsu sunt, similiter & quædam ex solutiuis, sed tamen pauciores: vt Electuarium è succo rosarũ, diaphinicon, diaturbith cum rhabarbaro &c. solidorum cõfectionum aliæ sunt rotundę, & vocantur orbiculi vel placentę, vulgò rotulæ satis inepte: alia sunt frusta, vulgò morselli ab alijs morsuli dictæ. Frusta variãt alia sunt quadrata, alia oblonga, alia æquilatera, alia verò latiora, quàm crassiora, alia in medio crassiora in extremitatibus tenuiora &c.

DE ORBICVLIS.

Coquitur saccharũ ad perfectionẽ exactã, deinde ab igne remotũ, ligneo pistillo agitatur & species iniiciũtur, ac ꝓbè miscẽtur.

tur. Cauēdū ne nimis citò pului
res addantur, ne adurantur, aut
vis ipſorum reſoluatur mixtis ſi-
mul cunctis per plicam lebetis
in tabulam farina ſtratam : ſpa-
tula aſſiduè eiuſdem quantitatis
ſaccharum extrahatur, quod de-
cidens placētæ modò in orbem
concreſcit. Si quid verò rema-
net in lebete dureſcit iterū, pau-
ca aqua affuſa liqueſcet. Dein-
de extrahatur, vt priùs, rotulæ
concretæ digitis ſigillatim aufe-
rantur, & farina ſuperficiei infe-
riori adhærēs penicillo, aut pan-
no abſterſa in cribrum conij-
ciuntur, & vlteriùs in calido lo-
co exiccentur. In ligneis arculis
ex tilia, aut ſimili materia ino-
dora condantur, quæ enim ex
abiete, & alijs reſinoſis lignis
fiunt, ſuo odore medicamina
incluſa inficiunt, vel in calidiore
loco reſinam reſudare ſolent:
poſteà in ſicco & calido loco
reponantur. Quando candidio-
res

res orbiculi expetuntur (ſicut in confectione manus chriſti dicta) ſaccharum albiſſimum coctum, diu piſtillo agitetur, ita non ſolùm candidiùs, ſed etiam friabiliùs ſaccharum euadet, & qui inde fiunt orbiculi eodem modo. Quidam in tabulam ſuperficie tenùs ſpongia madefactam ſaccharum infundunt, quę ratio non aliena eſt, ſed rotulæ valde tenues fiunt, alij marmor butyro vel oleo leuiter inungũt priùs, quemadmodum dum penidium paratur. Sunt rurſus alij qui ſimpliciter in nudam tabulam æneam tenuem bene leuigatam, ſaccharum fundunt. Deinde vbi refrixit vt auelli poſſit, leuiter igni admouent, quod etiam non improbo. Verùm cùm multa vna vice quemadmodum in Dantiſcano pharmacopolio conficienda ſunt, farinam ſubſternere commodiſſimum videtur, nec poſſunt hîc ſigillatim

orbiculi

orbiculi auferri, ſed ſimul deinde in cribrum conijciuntur, cribrando farina traijcitur, quod reliquum eſt tenuioris farinæ cauda, vulpino baculo alligato excutitur.

DE MORSVLIS.

In morſulis quoque ſaccharum diutiùs agitari additis in fine materijs, oportet. Quòd deinde in tabulam ſuperficie humectata ſimul ſecundum longitudinē effunditur, & ligneis tabellis adpoſitis madefactis vtrinq; cogitur, atq; latitudine & craſsitudine morſulorū formatur, poſteà præciduntur morſuli, & in alium locum ſicciorem tranſponuntur. Quidam ſaccharum in tabulis latitudine morſulorum imponunt & formant, deinde in fruſta apta ſecant. Quidam verò ſaccharum fluidum adhuc in tabulam æqualiter ſitam effundunt, nec cohibent, ſed ſuperficiem

ciem

ciem eius acie cultri forma mor
sulorum perstringunt, postquã
saccharum induruit, totam maf
sam tollunt, & in suas portiones
pro modo linearum frangunt.
Hic modus omnium est expedi-
tissimus, minimæque dispẽdio-
sus: sunt qui non effundunt sac-
charum, sed ligneis quibusdam
spatulis ex lebete frustatim exi-
munt, verùm tales fiunt valde
inæquales. Ego certis quibus-
dam formulis ligneis vel stan-
neis quatuor lateribus clausis v-
ti soleo, quibus saccharum tan-
quam carcere quodam, ne inæ-
qualiter diffluat, continetur.
Deinde formato sacchararo, for-
mulam remoueo & in partes, vt
priùs dictũ est, massam disseco.
Hic modus mihi videtur omniũ
optimus, & ad efficiẽdos elegã
tes ac ęquales morsus aptissim⁹.
Morsuli si opus est ĩ cribro sub-
iectis chartis fornaci impositi
exiccentur, exiccati vt orbiculi
ser-

seruentur. Quando fructus vt amigdala, pineæ, passæ vuæ speciebus addũtur, diutiùs morsuli siccandi sunt, itẽ ad morsulos materiæ plerumq; inciduntur, aut crassiùs quàm ad rotulas contunduntur.

QVOMODO SACCHArum ad perfectionem coquatur.

Ad duras confectiones omnis generis saccharum coquitur tantisper, dum aquositas omnis absumpta est. Id vocant ad perfectionem coqui, cuius rei signum est, quando spatula extractum & violenter in aërem proiectum in floccos instar niuis crassioris abire videtur, vt priùs dictum est.

DE RELIQVIS SOLIdis Medicaminibus.

DE PILVLIS.

Pauca pilularũ genera in prõptu

ptu eſſe in officinis ſolent, vt Alephanginæ communes capitales, & quædã in alijs locis alię, ne indurentur & inutiles fiant. Conficiuntur autem maſſæ pilularum, vel cum ſuccis vel cum aquis deſtillatis, vel cũ ſyrupis, quæ cum aquis parãtur, reliquis citiùs indurantur. Succi accipiantur cocti non crudi, alioqui maſſa ſitum cõtrahet, quanquã ad pilulas etiam crudi ſumi ſolent. Materiæ accuratè in mortario miſceantur, posteà liquor quo tanquam glutino maſſa cohæreat affundatur. Mixtis cunctis quantùm ſatis eſt eximatur maſſa & manibus oleo vel butyro inunctis formetur figura tereti, non nimis tamen tenui in ſuperiore parte maſſæ affigatur ligneo clauiculo chartula continens tempus compoſitionis, aut alioqui notetur dies. Quidam ligneo pro clauiculo fructum caryophilum oblongum

non incommodè accipiunt. Deinde priusquam recondatur, leuiter exiccetur, & in ficciore loco seruetur. Quidam massas eiusmodi corijs inuoluunt, alij vesicis maxime si magnæ, nec dum satis siccatæ sunt, nam hoc modo suspendi & quantum satis est commodè exiccari possunt. Ego malo puræ chartæ eas includi, sed nisi vngatur, ægrè deinde auelli potest: aut sumatur papyrus cæra intincta, quod omnino optimum esse videtur. Quod si dissimilia miscenda erunt vt pulueres plantarum gummi & resinæ. Hæc per sese calefacto modice fundo mortarij & pistillo bene molliantur, posteà pulueres sensim misceantur, aut gūmi dissoluantur priùs aceto vel vino, similiter & succi. Massæ pilularū, quæ situm varij coloris intus contraxerunt, vitiosæ sunt, quod accidit, dū aut non probè cōpactæ aut non satis

tis exiccatæ sunt. Tales quemadmodum panes situ corrupti inutiles sunt ac reijci debent omnino. Obseruandum quoque hoc loco est, materias pilularum, nõ tam exactè terendas esse, vt Antidotorum & Trochiscorum.

DE TROCHISCIS.

Trochisci siue pastilli ferè eodem quo massæ pilularum modo formantur, sed figura differunt, & vel rotundi compressi, vel quadrati sunt. Materiæ tenuius teruntur q̃ ad pilulas. Ponderant plerumq; drachmam vnã vel duas. Quidam imagines imprimunt pastillis quod in vulgaribus superuacaneũ est, in præciosis verò, vt Gallia & Alipta moschata, pastillis bechicis &c. non indecorum.

DE SPECIEBVS VT VOCANT.

Quidam materias ad species

aliaque medicamina ſimul tundunt, ſi modò id fieri poteſt, quod non improbo. Quidam verò pulueres tantum priùs per ſe tuſos & in vſum ſeruatos miſcent, neque hoc improbari debet, quanquam alijs diſplicet, quaſi pulueres aſſeruati vires amiſerint, parumq; efficaces ſint. Quaſi verò vires amittant quæ ex bona materia facta ritè aſſeruantur. Alij ſpecies in ſtanneis vaſis ſeruant, alij in vitreis vaſculis, quod magis probo, alij in ſacculis aluteis incluſas & in pixides ligneas impoſitas. Mihi hoc ſuperuacaneum eſſe videtur, nam nec vires earum ſi in ligneis pixidibus arctè piſtillo compactæ & probè tectæ ſeruantur perire, multò minùs exhalare poſſe videntur. Hoc modo vt ſimplices pulueres, ita & ſpecies rectiſſimè aſſeruari poſſe omnino mihi perſuadeo.

DE

DE MEDICAMENTIS EXTERNIS.

DE OLEIS.

OLeum eſt ſuccus pinguis ex ſeminibus aut fructibus plãtarũ extractus. Duplicia ſunt olea, alia ſimplicia, vt oleum commune, amigdalorum, papauerinum &c. alia cõpoſita, vt oleum irinum, nardinũ, alia quaſi media, vt roſaceum, rutaceum, &c. quanquam & hæc compoſita dicuntur. Non ex omnibus materijs oleum elici poteſt, quanquá id magno ſupercilio chymiſtæ quidam promittunt. Extrahitur bifariam oleum, expreſſione & deſtillatione, nam quod per infuſionem fit compoſitum veriùs eſt oleum quàm ſimplex. Expreſſio hoc pacto fit, accipitur ſemen aliquod ſeu fructus & cõtunditur calido piſtillo, in mortario

 tario

tario calido, contusum per setaceum pannum, torculari ligneo: si vulgaris materia est, sin præciosa, stanno obducto exprimitur. Quod si materia exprimenda aridior est, vt semen lini torreri hincinde probè in lebete agitando & versando debet, dein de feruēs prælo subijci & exprimi inuoluta setaceo. Oleum si fluidum est, vitro excipitur, si verò crassiùs, cultro abraditur, & in vase stanneo, vel vitreo seruatur. Oleum quod destillatione elicitur, aut per ascensum, aut per descensum fit, quemadmodum de aquis priùs commemoratum est, de quibus in libro peculiari, de destillationibus, seorsim, Deo volēte, nisi alius quod cupimus nos anteuertat, agemus. Et quia non ex omnibus materijs oleum exprimi potest, ideo excogitatus est alius modus per infusionem vt vocant. Pleraque autem olea in officinis

medicamentarijs fiunt per impreſsionē, vt nunc loquuntur ad hunc modum. Sumitur vna vel plures materiæ & in oleum oliuarum impoſita, addito aliquo liquore accommodato: coquitur ad aquoſitatis conſumptionem (quòd cognoſcitur quando gutta olei in prunas proiecta abſque ſtrepitu inflammabit) deinde colatur, & ſi opus eſt exprimitur, ac materiæ tanquam feces abijciantur. Quidam macerant priùs materias aliquandiu quàm eas coquunt, quod nō opus eſſe videtur. Ne autem materia aduratur, & oleum corrūpatur, coctio in duplici vaſe fiat. Ego conſueui in ſole vel calido loco, abſque alieno liquore materias virides ſi aridiores ſunt natura in oleo iuſto temporis interuallo macerare, poſteà exprimere. Hunc modū reliquis meliorem eſſe puto: verùm cauendum eſt, ne cælo nō ſatis calido

materiæ putrescãt quod accidit materijs succulẽtis, vt anetho viridi & similibus. Quare præstat vt mihi videtur & minùs laboriosum est, si mox in oleo humidiores plãtæ coquãtur, absq; liquore aliquo alieno quam diu macerare & corruptionis periculum subire. Nam herbæ ipsæ suam humiditatem remittunt in oleum quæ plerumq; sufficit ad coctioné, nec opus est aliunde liquorem petere. Tutius ergo & compendiosiùs est coquere materias, q̃ insolare, quidã aliquoties mutant materias, vt olea efficaciora fiãt, quod nõ omnino improbo quanquam vna vice sumi potest quantũ satis est. Quidam succum tantum plantarum accipiũt & oleo ad perfectioné incoquũt, qui modus etiã nõ inelegãs est, sumitur materię quadruplũ, triplũ aut æquale põdus ad oleũ vbi nõ est certa quantitas ab authoribus expressa, nota

suf-

sufficientis materiæ est quando oleum odorē & saporē simplicis sui habet, atq; hinc potiùs quàm aliunde quantitas ęstimanda est, quod in aromaticis, vt oleo rosarum, cydoniorum, mentæ, facile depræhenditur.

DE VNGVENTIS.

Vnguēta oleis proxima sunt, & nomen ab vtendi modo habent. Etsi autem & oleis corporis partes vngimùs, illa tamen propter solidiorem consistentiam ad id aptiora sunt: alia fiūt absque igne, cum materiæ oleo vel pinguedini pistillo bene miscentur: alia admota igni, idq́ue dupliciter vel pinguedinibus liquatis vt materiæ metallicę tereæq́ue faciliùs misceantur atque vniantur, vel maceratis aliquandiu pinguedine plantis coctis & validißimè per craßioris texturæ pannū vel per se expressis materijs, pinguedine addita

ad perfectionē coctis. Si vnguentum ceram recipit liquatę, simul pinguedo & cæra ab igne remouentur. Vbi concrescere ceperint, pulueres inijciuntur, & simul miscentur, donec prorsus refrixerint: si mora molesta est, patella aquæ frigidę, vel niui aut glaciei si hyems est, imponatur, & citissimè concrescet, sicut autem cæra tota liquanda antequā materiæ addantur, ita quoque ne inæqualiter concrescat, cauere oportet. Alioqui enim vnguentum inæquale, grumosum & parum elegans redditur: grauia quia natura sua deorsum feruntur, fundo lebetis incūbunt, & facilè aduruntur: ideo assiduè rudicula mouenda & non nimis vehementi flammę imponenda, leuia, aërea & ignea, facilè exundant & diffluunt: ergo & hæc mouenda & vel pulsanda spatula, vel in aërem circumstantem assiduè eleuanda. Si periculum

vt diffluant fore existimas, remoue paululum ab igne, potiùs quàm aliquid affundas. Deinde coque ad perfectionem, quod est ad aquosæ humiditatis consumptionem dephræhensis notis suprà in oleis positis. Si vnguenta non ad perfectionem coquere voles, ne videlicet nitorem coquendo amittant, mediocriter coctum ab igne depone, & in vas cuius fundum foramen habet infunde: vbi satis refrixit, spina foraminis extracta aquositas superflua effluet: deinde totam massam vase inclinato exime, & sordes crassos ab ima parte abrade, ac si voles iterum liqua, & in suum receptaculum funde. Sed hæc ratio non valet nisi in ijs vnguentis quæ ex herbis fiunt, vt populeum: in alijs verò quæ metallicis constant aliena est.

DE EMPLASTRIS.

Maior ferè in fingendis emplastris quàm in reliquis compositis parandis difficultas est, nec potest tota ratio paucis verbis comprehendi. Emplastra non multum à ceratis differunt, & aliquando cæram resinamque recipiunt, admittunt omnes plantarum & animaliũ partes, item metallica & terrea. Quę longiorem coctionem exigunt, alijs priùs lebeti inijcienda, deinde reliqua. Succi mox à principio vel per se coquantur vel cum alijs. Pulueres sicci in fine addantur, plura & de hoc loco, & de prioribus formulæ compositionum vsitatarum, & quotidiana inspectio atque obseruatio documenta suppeditabunt.

DE CAERATIS.

Cęrata à cæra nomẽ habẽt, & vnguentis solidiora sunt, sicut illa

illa oleis. Non conficiuntur abſque igne. Ceræ enim niſi liquefiat non facile eſt aliquid miſcere. Liquanda ergo deinde materiæ admiſcendæ, tandem manibus oleo inunctis, formandæ in maſſas oblongas rotundas, & chartis oleo inunctis inuoluendæ, idem de pleriſque emplaſtris intelligi debet. Quando medici ſcribunt addatur cerę quantum ſatis eſt, accipiatur quadruplum ad oleum, quando autem ceræ parum, ſumatur ſexta vel octaua pars pro medici arbitrio. Talis mixtura linimentum, vel etiam vnguentũ verius eſt, quam cęratum. Atque hinc adparet quale cæratum ſit quod infrigidans Galeni inſcribitur, cùm plus olei, quàm cære recipiat.

RATIO TINGENDI CERAM.

Non alienum eſt hunc lo-

eum referre rationem tingendi cæram, cùm ex officinis Pharmacopœorum ad varium vſum petatur.

Cæra tingitur vel ad candelas ac faces, vel ad obſignandas literas: quę ad candelas & faces tingitur, ea terebenthinam non requirit, aut valde parum, item parum olei, vt colores illuſtriores fiant: ſunt qui tantùm extremam ſuperficiem cæra colorata affuſa tingunt, alij oleo colorato illinunt.

Cæra flaua ſic fit.

Accipe lib. i. cærę flauę terebinthinæ purę vnc. iii. liquantur ſimul ſupra carbones. Quidam addunt puluerem curcumæ, quod non opus eſt ſi cæra cruda per ſeſe elegans ſumatur.

Rubra ſic fit.

Accipe ceræ puræ lib. i. terebin-

binthinæ ſynceræ vnc.iii. cinnabaris vnc.i. cum olei tantundem probè mixti, liquatæ cæra & terebinthina remoueantur ab igne. Deinde addatur cinnabaris. Quidam minium quòd tamen non ita eleganter tingit accipiunt, ſed minori quantitate, alij vtrunque.

Viridis ſic fit.

Viridis eodem modo paratur, pro cinnabari accipitur ęrug ginis idem pondus & miſcentur, vt dixi. Deinde fundatur in formulas ſculptas & madida ſpõgia humectatas. Sed priùs ſpuma auferatur candente carbone, vel cærea candela ad mota, ita enim abſumitur. Cauendum autem ne vel carbo in ęram incidat, vel cinere cæra inficiatur. Notare etiam oportet hyeme plus terebenthinæ quàm æſtate addendum eſſe.

DE

DE PONDERIBVS *& mensuris vsitatis.*

In omni medicamentorum mixtura tria prȩcipue pharmacopœo sunt obseruanda, vt prius quoque est ostensum. Primũ vt materia legitima & proba si fieri potest, aut succedaneum equȩ pollens accipiatur. Secundum vt ritȩ materiæ misceantur & neque addatur neque omittatur quicquam. Sunt enim qui elegantiæ formæ student potiùs in componendo quàm proprietati, vel qui vt delectabilia magis fiant aliquid omittunt, vt in loch sano omittunt succum glycyrhizæ. In vnguento dialtheæ, addunt radicem curcumȩ. In trochiscis de agarico omittunt zingiber, vt color sit elegãtior, quod non probo. Laudandum quidem studium elegantiæ, sed ita tamen, ne quid viriũ decedat. Tertium vt iustum põdus

dus accipiatur, nisi enim id fiat effectus nullo modo descriptionibus facultatum medicamentorum respondebunt. Interdũ pondera in libris medicamentarijs variant, vel temeritate trãsscribentium, vel incuria Typographorum, vel certo aliquo medicorum consilio, sicut in benedicta laxatiua, alij legunt diacrydij drach. ij. alij drach. v. alij omninò non habent diacrydiũ: in electuario indi minore, Cordus legit turbit drach. vj. Siluius, C. Hæc longæ inter se dissident: hic pharmacopœum medicos consulere necesse est, & ex ipsorum prescripto cuncta dispensare donec aliquando exemplaria correctiora iuditio doctorum virorum emendata in lucem prodeant. Non est vnius atque alterius medici, sed integri collegij compositiones recognoscere, & in integrum restituere. Plura veteribus pondera in vsu fuerunt

quàm

quàm nunc sunt. Ideo communissima tantùm & nostra ætate recepta ponemus, similiter & mensuras.


Libra medicinalis siue romana constat duodecim vncijs, idem significat pondo absolutè quod libra, sed cum adiectione pondus tantùm significat, vt pondo libra, pōdo vncia, sicut dicimus numero decem, numero centū: selibra, siue libra semis constat sex vncijs. Triens quatuor vnciis, quadrans (siue quarta libræ vt nunc appellant) tribus sextarijs duabus, vncia constat octo drachmis, septem denarijs siue aureis, sex hexagijs, hexagium siue sextula, *Ein halb shotgewicht* Dantisci dictum, constat quatuor scrupulis: scrupulus obulos duos continet, obulus pendet siliquas tres: siliqua grana quatuor. Ergo scrupulus viginti quatuor grana continet, auellana siue nux pontica, pendet

drach-

drachmam vnam, cochlear paruum, drachmam vnam, ſextarius vncias viginti, cyathus ſeſcunciam, ſiue vnciam vnam ſemis. Addunt recentiores manipulos quantum videlicet manu comprehēdi poteſt & pugillos quod pugno capitur: ſed mihi magis probatur, vt pōderētur herbæ & flores. Nam valde inæquales ſunt manus, et alius alio plus minuſue accipit.




FINIS.



DISPENSATORIVM, SIVE FORMVLAE VSITATISSIMORVM MEdicamentorum compositorū in graciam Tyronum pharmacopœæ editæ.

PRAEFATIO.



Bsolutis præceptis vniuersalibus, reliquum est, vt exempla subijciantur in quibus maximè discētes exerceri cōuenit. Præstat autem vsitata accipere, quàm noua fingere. Quare vt tyrones artis & præcepta necessaria et exempla in prōptu habeāt receptißimas in officinis medicamentarijs cōpositiones referre visum est, non tamē eo quo alij solēt modo, sed nudas tātùm formulas sine quarundā vocū interprætatione, vt Cordus facit, nam vocum nomenclaturam priùs cognitam habere debēt, quàm cōponere medicamina discāt, nec addidi in fine descriptionū rationē cōficiendi, quia antea in ge

nere

nere tradita est. Nec vires quòd plerique faciũt singulis medicaminibus adscripsi. Illarum enim notitia non ad pharmacopœos, sed ad medicos tantùm pertinet, non enim consultũ est hanc artem cum medicina cõfundere. Medicis alio scripto opus est in quo ostendatur ratio compositionis & proportionis ponderum, causæ effectuum quæ medicaminibus ab authoribus tribuuntur. Item dosis, ac alius ordo instituendus, ad quam rem vir doctus & vsu confirmatus requiritur. In singulis medicamentorum claßibus ordinem literarum obseruaui, quem ad hoc institutum accomodatißimum esse mihi persuasi initio à simplicißimis compositis, & quæ per os ingeruntur facto. Si de appellationibus alicuius materiæ constat, vt de grano solis & milio solis quæ idem quòd lithospermõ esse putantur, ponam vsitatißimam, vt milium solis. Si verò adhuc inter authores lis est eam de qua litigatur ponam, verbi gratia Eupatoriũ Me

sue

ſue Cordus Graciolam, Fuchſius age
raton eſſe cenſet: retineo igitur no-
men Eupatoriũ, donec aliquid certi
ſtatuatur. Cardamomũ maius Fuch-
ſius eſſe afirmat granũ paradyſi: Cor
dus cardamomum maius verum mon-
ſtrauit: hic ergo retineo vocem car
damomũ maius &c. Pharmacopœus
verò in eiusmodi dubijs medicos ſu
os conſulat & nihil ſuo iudicio ſo-
lo decernat. In deſcriptionibus verò
formularum nullum certum & ſolũ
authorem ſecutus ſum, ſed cõtulicos
quos optimos putaui qui tamen nõ
vbique conſentiunt, ſed nunc in põ-
deribus nunc in ſimplicibus, nunc in
numero ſimplicium variant. Non eſt
vnius ingenij videre vbique, quid re
ctum ſit. Quare collegia medicorũ
conuenire & ſuper hac re diſputare
atque ſtatuere neceſſe eſt, vt in poſ
terũ certæ deſcriptiones medicamẽ
torũ extent. Quod abſque dubio ad
moniti facient: interim hæc qualia-
cunque vt pharmacopœi etiamſi nõ
per omnia ipſis ſatiſfactum eſt, boni
conſulant, rogo.

FORMVLÆ MEDICAMENTORVM QVAE ASSVMVNTVR.

ACETVM ROSACEVM.

RECIPE foliorum rosarũ purpurearum nondum penitùs apertarum. lib.j.
Aceti, lib.viij
Insolentur diebus quadraginta, deinde reponãtur, vel (quod meliùs est) abiectis folijs corruptis, acetum coletur ac reponatur. Quidam sæpiùs mutant folia rosarum, nec ita diu stare in sole sinunt, vt elegantiùs & validiùs fiant.

ACETVM SCILLITICVM.

Rec. laminarum scillę in vmbra funiculo traiecto resiccatarũ li.j
Aceti lib.viij

Insolentur diebus quadraginta in vase vitreato, deinde coletur & laminis abiectis, acetum in loco calido reponatur.

AQVA MVLSA.

Rec. Mellis lib.i
Aquæ lib.viij
Coquantur simul donec spumare desinant.

IVLEPI.

IVLEPVM ROSARVM.

Rec. Aquæ rosarum lib.iij
Sacchari albi lib.ij
Coquantur vt par est.

IVLEPVM VIOLARVM.

Rec. Aquæ violarum lib.iij
Sacchari albi lib.ij
Coquantur.

SIRVPI.

A.

SIRVPVS ACETOSVS Simplex descriptione *Mesuæ.*

Rec. Aquæ fontis lib.iiij

Sacchari lib.v

Coquantur in vase lapideo ad dimidias, spumam subinde auferendo, deinde addatur

Aceti albi lib.ii

Coquantur q.ß.

SIRVPVS ACETOSVS
cum radicibus siue compositus d. Mesuæ.

Rec. radicum apij

Fœniculi

Intibi singulorum. vnc.iii

Semihum apij

Fœniculi

Anisi, singulorum vnc.i

Intybi vnc.sc.

Aquæ fontanę lib.x

Coquantur igne lento ad dimidias, addantur sacchari lib.iii

Clarificentur deinde addantur

Aceti lib.ii aut.q.v

Coquantur vt decet

SIRVPVS E SVCCO ACETOSÆ.

℞. succi acetosę purificati li.iii

Sacchari optimi lib.ii

Fiat

Fiat sirupus.

SIRVPVS E SVCCO
acetosæ d. nostra.

Rec. succi acetosæ purific. lib. ii
Aceti albi lib. i
Sacchari albi lib. ii
Coquatur vt decet, fiat sirupus.

SIRVPVS E SVCCO
acido limonum.

Rec. succi acidi limonum purificati & colati lib. vi
Sacchari albi lib. iii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E SVCCO
aranciorum acidorum.

Rec. succi aranciorum acidorum purificati lib. vi
Sacchari albissimi lib. iii
Coquantur vt decet

SIRVPVS EX
agresta.

Rec. agrestæ lib. v
Sacchari lib. ii. se.
Coquantur vt decet.

SIRVPVS EX ABSIN-
thio descrip. Mesuæ.

Rec. Absinthij romani lib. ſe.
Roſarum vnc. ij
Spicæ indicæ drach. iij
Vini albi aromatici
Succi cydoniorũ vtriuſ. lib. ij. ſe.
Maceretur ſimul in vaſe lapideo
horis xxiiij. inde coquantur &
colentur, colaturæ adde.
Mellis. lib. ij
Coquantur vt decet.

SIRVPVS EX ARTE-
*miſia. d. Mathei de gra-
dibus.*

Rec. Artemiſiæ manip. ij
Pulegij
Calaminthæ
Origani
Meliſſæ
Dictamni
Perſicariæ
Sabinæ
Maioranæ
Chamedryos

Perforatæ
Chamepythyos
Comarum matricariæ
Centaurij
Rutæ
Betonicæ
Buglosſi
Rad. Fœniculi ſingulorum manipul. i.
Apij
Petroſelini
Aſparagi
Ruſci
Saxifragiæ
Inulæ
Cyperi
Rubiæ tinctorum
Iridis illyricæ
Peoniæ ſingulorum vnc. ſe.
Baccarum iuniperi
Sem. liguſtici
Petroſelini
Apij
Aniſi
Nigellæ
Carpobalſami

Costi
Asari
Pyrethri
Casiæ ligneæ
Cardamomi
Calami aromatici
Phu singulorum vnc.se.
Aquæ q ß.infundantur.
Sacchari aut mellis lib.iiii
Coquantur vt decet.

B.

SIRVPVS BIZANTInus d. Mesuæ.

Rec. succi intibi
Apij vtriusque lib.ii
Lupuli
Buglossi vtriusque lib.i
Coquantur ad lib.iiij
Purificentur, adde sacchari lib.ii.se.
Fiat sirupus.

SIRVPVS BIZANtinus compositus.

Rec. succi intibi
Apij vtrius.lib.ii
Lupuli

Buglossi vtriusq.lib.i
In succis coquantur
Rosarum vnc.ii
Glycyrrhizæ vnc.se.
Sem.anisi
Fœniculi
Apij sing.drach.iii
Spicæ indicæ drach.ii
Colentur, colaturæ adde
Aceti lib.ii
Sacchari albi lib.ij.se.
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E SVCCO *boraginis.*

℞. succi boragin. purgati li.viii
Sacchari puri lib.iiii
Coquantur vt decet
Florum boraginis recētiū. lib.i
perfundātur flores aqua feruida deinde succus expressus additus reliquo succo coquātur vt dec.

SIRVPVS E SVCCO *borraginis d. nostra.*

Rec. succi borraginis lib.viii
Sacchari lib.iiii
Florum boraginis lib.i

Succi feruentes ſuperfundantur floribus quibus refrigeratis & expreſſis ſucci cum ſaccharo cõquantur, vt decet.

SIRVPVS E SVCco bugloßi.

Rec. ſucci bugloſſi purgati li. viii
Sacchari lib. iiii
Florũ bugloſſi recentium lib. i
Flores tuſi coquantur in aqua & colatura ſucco addita coquatur vt decet.

C.

SIRVPVS E CALAmintha Meſues.

Rec. calaminthæ domeſticæ ſylueſtris vtriuſque vnc. ij
Liguſtici
Dauci
Schænanthi ſingulorũ drach. v.
Paſſularum enucletarum lib. ſe.
Mellis lib. i.
Aquæ q. ß. coquantur vt decet.

SIRVPVS E CICORIO d. Guilhelmi Placentini.

Rec. cichorij manipul. i,

Foliorum buglossæ vtriusque
Lactucæ
Cichorij hortensis
Acetosæ
Violarum
Taraxici singulorum manip.i
Rhabarbari drach.ii
Coquantur herbæ in lib.ii aquę ad consumptionem tertiæ partis, colatæ cum lib.ii. sacchari fiat sirupus, addito rhabarbaro in nodulo ligato.

SIRVPVS E CICHORIO
d.Nicolai Florentini.

Rec. Endiuiæ domesticæ sylucstris.
Cichorij
Taraxaci singulorum manip.ii
Cicerbitæ
Epaticæ
Scariolæ
Lactucæ
Fumi terræ
Lupulorum singulorũ manip.i
Hordei non excorticati vnc.ii
Alkakengi

Glycyrrhizæ
Capillorum veneris
Ceterach
Politrichi
Adianthi
Cuſcutæ ſing.drach.vi
Rad.fœniculi
Apij
Aſparagi ſing:vnc.ii
Coquantur in aqua ß.deinde cũ ſaccharo fiat ſirupus
Inter coquẽdũ verò ad quãq; li.
Rec.Rhabarbari vnc.ſe.
Spicæ ſcrup.iiii
Ligentur in linteolo & vnà ferueant, ac inter feruendum ſæpè exprimantur.

SIRVPVS E SVCCO
acido citrij mali.

Rec. ſucci acidi citrij mali per pannũ colati & purgati lib.vi
Sacchari albiſsimi lib.iii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E
cydonijs.

Rec. ſucci cydoniorum dulcium,

cium, acidorum lib.v
Coque in vase vitreato ad consumptionem medietatis, deinde stet spacio triũ dierũ, postea cõ
Sacchari lib.iii. (letur.
Fiat sirupus.

E.

SIRVPVS E SVCco endiuiæ

Rec. succi endiuiæ purg.li.viii
Sacchari boni lib.v.se,
Coquantur vt decet.

SIRVPVS DE ENdiuia comp.

Rec. endiuiæ recentis
Boraginis
Scariolæ
Hepaticæ
Buglossi
Melissæ
Lactucæ
Eupatorij sing.man.i
Seminum frigidorum maiorum singulorum vnc.i
Sandalorum albi
rubri vtriusq.drach.i

Florum cordialiũ ſing. drach. iii
Coquantur in aq. ſ. vt decet.
Colaturæ adde
Succi endiuię purgati lib. i
Succi granatorum vnc. iii
Sacchari albi lib. iiii
Fiat ſyrupus

SIRVPVS EX EPITHI-
mo d. Meſuæ.

Rec. Epithimi drach. xx
Mirobalanorum citrinarum in-
darum vtriuſque drach. xv
Cuſcutæ
Fumi terræ vtriuſque drach. x
Thimi
Bugloſſi
Calaminthæ
Myrobalanorum, embricorum
belliricorum
Glycyrrhizæ
Polipodij
Agarici
Stechadis ſingul. drach. vi
Roſarum
Fœniculi
Aniſi ſingul. drach. ii. ſe.

Prunorum nu.xx
Passularum enucleatarũ, vnc.iiij
Tamarindorum vnc.ij.ſe.
Sacchari lib.iiij
Sapæ lib.ij
Coquantur in aq. q.ß. & ſtent per noctem, deinde ex colato fiat ſyrupus.

SIRVPVS DE EVPATO-*rio. d. Meſuæ.*

Rec. Radicum apij
Fœniculi
Intybi ſingulo. vnc.ij
Glycyrrhizæ
Schœnanthi
Cuſcutæ
Abſinthij
Roſarum ſingulo.drach.vi
Capilli veneris
Bedeguar
Suchaha
Buglosſi
Aniſi
Fœniculi
Eupatorij ſingulo.drach.v
Rhabarbari

Masticheś vtriusq; drach.iii
Spicæ indicæ
Asari
Folij singu.drach.ii
Aquæ lib.viii
aut q.ß.
Succi apij
Endiuiæ vtriusq; lib.ſe.
Sacchari lib.iiii
Coquantur vt decet.

F

SIRVPVS E FVMO TERræ maior. d. Mesuæ.

Rec. Myrobalanorũ citrinarũ,
Chebularũ, vtriusq; vnc.ii.ſe.
Florum cordialium
Absinthij
Cuscutæ singu.vnc.i
Glycyrrhizæ
Rosarum vtriusq; vnc.ſe.
Epithimi
Polipodij vtriusq; drach.vii
Prunorum nũ. c.
Vuarum passarum enucleatarum lib.ſe.
Tamarindorum

Pulpæ cassię fistulę, vtriusq́. vnc.ii
Aquæ lib.x
Coque ad tertias, cola, colaturę
adde succi fumiterræ purgati
Sacchari vtriusq; lib.iii
Fiat syrupus.

G.

SIRVPVS GRANATO-
rum acidorum.

Rec. Succi granatorum acido-
rum lib.v
Sacchari albissimi lib.iii
coquantur vt decet.

SIRVPVS GRANATO-
rum dulcium.

Reci. Succi granatorum dul-
cium lib.v
Sacchari albissimi lib.iii
Coquantur vt decet

SIRVPVS E GLYCYR-
rhiza d. Mesuæ.

Rec. Glycyrrhizę rasę. vnc.ii
Capillorum veneris vnc.i
Hissopi sicci vnc.se.
Maceretur horis xxiiij. in lib.iiii.
aquæ: deinde coquantur ad

medietatem, colaturæ adde.
Mellis optimi
Penidiorum
Sacchari singul. vnc. viii
Aquæ rosarum vnc. vi.
Fiat syrupus.

H.

SIRVPVS EX HISSOPO *d. Mesuæ.*

Rec. Hissopi
Rad. apij
Petroselini
Fœniculi
Glycyrrhizæ singulo. drach. x
Hordei vnc. se.
Sem. Maluæ
Cydoniorum
Trahacanthæ singu. drach. iii
Capillorum veneris drach. vi
Iuiubarum
Sebesten vtriusq. nu. xxx.
Vuarum passarum magnarum enucleatarum vnc. i. se.
Ficuum siccarum
Dactilorũ pinguiũ vtriusq. nu. x
Penidiorum alborum lib. ii

Coque vt decet in aqua, q. ß. fiat
syrupus.

I.

SIRVPVS IVIVBINVS
d. Mesuæ.

Rec. Iuiubarum nu. lx
Violarum
Sem. Malue vtriusq; drach. v
Capillorum veneris
Hordei
Glycyrrhizæ singulo. vnc. i
Sem. Cydoniorum
Papaueris albi
Melonum
Lactucæ
Tragacanthæ singu. drach. iii
Aquæ lib. iiii
aut q. ß.
Sacchari lib. ii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E LIMONIBVS.

Rec. Succi limonum acidorum
purgati lib. vi.
Sacchari albissimi lib iii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E LVPVLIS.

Rec. Succi lupuli purificati. li. iiii
Succi fumiterræ purificati lib. ii
Sacchari lib. vi
Coquantur ſecundum artem.

M.

SIRVPVS E MENTA
maior d. Meſues.

Rec. Succi cydoniorũ, dulciũ, vinoſorum
Granatorum acidorum, dulciũ, vinoſarum ſing. lib. i. ſe.
In quib' macerẽtur horis. xxiiii
Mentæ ſiccæ lib. i. ſe.
Roſarum tubearum vnc. ii
Inde coquantur ad medietatis vſque conſumptionem, & colentur, adde
Mellis aut ſacchari lib. ii
Coquantur q. ß. in fine addatur Galliæ moſchatæ in ſindone ligatæ drach. ii. & repone.

SIRVPVS E MENTA
minor d. Meſues.

Rec. Succi mentæ purgati lib. i
Succi granatorum dulciũ, acidorum

dorũ ad perfectionẽ cocti lib.ii
Sacchari vel mellis lib.iiii
Coquantur debito modo.

SIRVPVS E SVCCO
Baccarum Mirti d. Mesues.

Rec. succi baccarum mirti purgati lib.viii
Sacchari clari lib.iiii
Fiat syrupus.

SIRVPVS MIRTI-
nus compositus.

Rec. Mirtillorum vnc.ii.se.
Santali rubei, albi
Rosarum rubrarum
Sumach
Balaustiorum
Berberis singu.drach.xv
Mespilorum drach.l
Succi granatorum, cydoniorum vtriusque lib.ii
Coquãtur materiæ solidæ in dictis succis, additis sacchari lib.v
Fiat syrupus.

MEL ANACARDINVM
d. Alhazarauij.

Rec. Anacardos recentes, teran-

rantur & in aqua coquātur, do-
nec melliginem quandam in ru-
beo colore fuſcam remittant,
eam aquæ innatantem auferto
& reponito.

N.

SIRVPVS E NYMPHEA
d. Franciſci de Pedemonte.

Rec. Florũ nymphheæ vnc.ii
Vngulæ caballinæ aquaticæ
Pſillij integri
Acetoſæ ſingulo. vnc.i
Seminum quatuor frigidorũ
maiorum ſingu. vnc.ſe.
Se. quatuor frigidorum mino-
rum ſing. drach.ii
Rad. Fœniculi vnc.i
Sacchari lib.i
Aceti albi
Succi granatorum acidorum,
vtriuſque vnc.ii
Coquantur in aqua hordei q.ſ.
deinde aromatizetur cum
Santali citrini
Spicæ indicæ, vtriuſque dr.i.ſe.

O.

O.

OXYSACCHARVM SIMplex *d. Nicolai.*

Rec. Sacchari albi lib.i
Succi granatorũ acidorũ, vn.viii
Aceti vnc.iiii
Coquantur ad ſirupi ſpiſſitudinem.

OXYSACCHARVM *compoſitum d. Nicolai præpoſiti.*

Rec. Capillorum veneris
Linguæ ceruinæ
Scolopendriæ
Polytrichi
Hepaticæ
Violarum
Rad. Fœniculi, ruſci, aſparagi, graminis ſingu.lib.i

Macerentur dicta ſimplicia in ſucco malorum granatorũ triduo, quarto die parum bulliant & valide exprimantur, addito ſaccharo q.ß.
Fiat ſyrupus.

OXYMEL SIMPLEX
d. Mesues.

Rec. Mellis despumati lib.iiii
Aceti acerrimi
Aquæ purissimæ, vtriusq; lib.ii
Coquantur ad crassitudinem sirupi in vase fictili aut vitreato, auferendo subinde spumam.

OXYMEL COMpositum.

Rec. Radicum fœniculi, apij, petroselini, rusci, asparagi, singulorum vnc.ii
Se. apij, fœniculi vtrius. vnc.i
Coquantur in aqua q. ß.
Colaturæ adde
Aceti acerrimi lib.i
Mellis optimi lib.ii
Coquantur vt decet.

OXYMEL SCILLITIcum simplex d. Mesuæ.

Rec. Mellis despumati lib.iii
Aceti scillitici lib.ii
Coquantur vt decet.

Oxy-

OXYMEL SCILLITI*cum compositum.*

Rec. Radicum fœniculi, apij, petroſelini, ruſci, aſparagi, ſingulorum vnc.ii.
Se. apij, fœniculi, vtriuſ. vnc. i
Coquantur in aqua q. ß. adde
Aceti ſcillitici lib. i
Mellis deſpumati lib. ii
Fiat ſirupus.

P.

SIRVPVS E PAPAVERE *ſimplex d. Meſues.*

Rec. Capitum papaueris albi, nigri recentis vtriuſ. dr. lx
Coque in aqua pluuialis, lib. iiii ad conſumptionem medietatis, & colentur, adde
Sacchari
Penidiorum vtriuſque vnc. iiii
Percoquantur ad ſerapij craſſitudinem.

SIRVPVS E PAPAVERE *compoſitus eiuſdem.*

Rec. Papaueris albi, nigri, ana drach. L

Ca-

Capillorum veneris drach.xv
Glycyrrhizæ drach.v
Iuiube nu.xxx
Se. Lactucæ drach.xl
Cydoniorum
Maluæ vtriusque drach.vi
Coquantur in aquæ lib.iiii.
ad dimidij cōsumptionē & cū
Sacchari
Penidiorum vtriusque vnc.viii
Fiat sirupus.

SIRVPVS E PAPAVERE
ad Loch è papauere.

Rec. Capitum recentium papaueris albi, nigri, vtriusſ.vnc.vi
Sem. Lactucæ, violarum, vtriusque vnc.i
Coque in aq. q. ß. & adde
Sacchari
Penidiorum vtriusque lib.i
Fiat syrupus.

SIRVPVS E POMIS
d. Mesues.

Rec. succi pomorum dulcium, acidorum vtriusque lib.v
Coquantur, despumentur, & co
len-

lentur adde sacchari lib.iii
Fiat sirupus.

SIRVPVS SAPORIS E
Pomis compositus. Mesues.

Rec. succi buglossi domestici,
sylucstris vtriusq.lib.ii
Succi pomorum dulcium aromaticorum lib.iii
Folliculorum senæ vnc.iiii
Croci drach ii
Sacchari boni lib.iii

In succis purificatis, macerentur foliculi senæ horis.xxiiii. deinde bulliant parum exprimantur, & colentur, imposito croco in linteolo ligato, fiat syrupus.

SIRVPVS E PRASSIO
d. Mesues.

Rec. Prassij vnc.ii
Glycyrrhizæ vnc.i
Capillorum veneris
Hissopi vtriusq.drach.vi
Calaminthæ
Anisi
Rad. apij, fœniculi sing.drac.v

Ireos
Sem. maluæ, fœnigræci, singulorum drach iii
Lini,
Cydoniorum vtriusq. drach ii
Vuarum passarum enucleatarum vnc. ii
Ficuū siccarū pinguium nu. xv
Penidiorum
Mellis vtriusq. lib. ii
Coquantur vt decet.

R.

SIRVPVS E DVAbus radicibus.

Rec. rad. fœniculi, petroselini, vtriusq. vnc. iiii
Aquæ q. ß.
Sacchari lib. ii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS E QVINque radicibus.

Rec. rad. Fœniculi, apij, petroselini, rusci, asparagi sing. vnc. ii
Sacchari lib. ii
Cum aqua fontana q. ß. fiat sirupus

pus, addito
Aceti vnc. viii

MEL ROSARVM
d. Mesuæ.

Rec. Rosarum rubrarum nondum penitus apertarum lib. ii
Mellis optimi lib. vi
Coque ad consistentiam sirupi.

SIRVPVS INFVSIOnis rosarum.

Rec. infusionis rosarũ lib. v.
Sacchari clarificati lib. iiii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS EX SVCco rosarum.

Rec. succi rosarum
Sacchari albi vtriusque portiones equales.
Coque vt decet.

SIRVPVS ROSArum d. nostra.

Rec. Succi rosarum rubrarum sinceri q. v. cum feruefactum alijs rosis recentibus quidem, sed nonnihil flaccescentibus affunde, vbi refrixit, expres-

ſis & abiectis roſis denuò feruefiat ſuccus, alijs roſis affundatur, idq́ue fiat quotieſcunque libet & medico videbitur. Hic modus & elegãtior & efficacior reliquis eſſe videtur.

S.

SIRVPVS E STECHADE
ſimplex d. Meſues.

Rec. florũ ſtechadis drac.xxx
Thimi
Calaminthæ
Origani ſing.drach.x
Aniſi drach.vii
Vuarũ paſſarũ purgata vnc.iiii
Coquãtur in aq.ß. colẽtur, adde
Mellis lib.v
Condiantur.
Cinamomi
Calami aromatici
Zingiberis in ſindone ligatis, ſingu. drach.i.ſe.

SIRVPVS E STECHADE
compoſitus eiuſdem.

Rec. florũ ſtechadis dr.xxx
Thi-

Thimi
Calaminthæ
Origani   ſing.drach.x
Aniſi
Pyrethri   vtriuſ.drach.vii
Piperis longi   drach.iii
Zingiberis   drach.ii
Vuarum paſſarum purgatarum, vnc.iiii.
Mellis   lib.v
Coquantur in aqua q.ß.vt decet
Condiantur ligatis in ſindone
Cinnamomi
Calami aromatici
Spicæ nardi
Croci
Zingiberis
Piperis nigri,longi, ſing.dr.i.ſe.
Fiat ſirupus.

V.

SIRVPVS E SVCCO *Violarum.*

Rec. ſucci violarum   lib.ii
Sacchari albi   lib.iiii
Coquantur vt decet.

SIRVPVS VIOLA-
rum d. Mesues.

Rec. violarum vnc.ii
Se.cydoniorũ.malue vtri.vnc.i
Iuiubarum
Sebesten vtriusq.nu.xx
Aquæ cucurbitæ lib.vi
Sacchari lib.i.ſe.
Coquantur vt decet.

ECLEGMATA,
VVLGO LOCH.

C.

LOCH EX CAVLIBVS.

Rec. ſucci caulium rubrorũ
deſpumati lib.iii
Sacchari rubri
Mellis puri cocti vtriuſ.li.i.ſe.
Coquantur & piſtillo agitentur
q.ß. in fine addantur
Croci drach.vi.

P.

LOCH E PAPAVERE
d. Mesues.

Rec.papaueris albi drach.xxv

Amigdalorum dulcium
Pinearum
Gummi arabici
Tragacanthæ
Succi Glycyrrhizæ sing.drac.x
Amyli
Seminum portulacæ
Lactucæ
Cydoniorum sing.vnc.se.
Croci drach.i
Penidiorum alborum vnc.iiii
Sir. è papauere lib.iii
Omnia tusa & cõcisa sirupo excipiantur & bene misceãtur, agitenturq́ue pistillo ligneo.

ECLEGMA E PINI NVcleis d. Mesues.

Rec. nucleorum pini dr.xxx
Amigdalorum dulcium
Auellanarum assarum
Tragacanthi
Gummi arabici
Glycyrrhizæ
Amyli
Capillorum veneris
Iridis illyricæ sing.vnc.se.

Carnium dactilorum dr. xxv
Amigdalorum amarorũ dr. iii
Mellis passularum
Butyri recentis
Sacchari selecti sing. vnc. iiii
Mellis selecti q. ß.

ECLEGMA E PVLMO-
ne vulpis d. Mesues.

Rec. Pulueris pulmonis vulpis
Succi glycyrrhizæ
Seminum anisi, fœniculi
Capillorum veneris sing. vnc. i
Sacchari clarificati vnc. xv
Misceantur.

S.

LOCH SANVM ET EX-
pertum d. Mesues.

Rec. Cinnamomi
Hissopi
Glycyrrhizæ sing. vnc. ß.
Iuiubarum
Sebesten vtriusq. nu. xxx
Vuarum passarum enucleatarũ
Ficuum siccarum
Dactilorũ pinguiũ sing. vnc. ii
Fœ-

Fœnigræci drach.v
Capilli veneris manip.i
Anisi
Fœniculi
Ireos
Se. lini
Calaminthæ sing.vnc.se.
Coquantur in aq. lib.iiii
ad consumptionem duarum, exprimantur, colaturæ adde
Penidiorum lib ii
Coquantur ad perfectionem, & sequentes materiæ inspergãtur.
Rec. nucleorum pini drach.v
Amigdalorum dulcium
Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Gummi arabici
Amyli sing.drach.iii
Ireos albiss. drach.ii
Misceãtur & pistillo ligneo agitentur celerrime donec albescat eclegma.

ECLEGMA E SCILLA *d. Mesues.*

Rec. succi scillæ

Mellis despumati utriusq. lib. i
Coquantur ad eclegmatis spissitudinem.

ECLEGMA E SCILLA
siue ad Asthma compositū eiusdē.

Rec. Scillæ assatæ unc. se.
Iridis illyricæ drach. ii
Hissopi
Prasij utriusq. drach. i
Mirrhæ rubeæ
Croci sing. drach. se.
Mellis q. ß. fiat eclegma.

CONFECTIONES.

CONFECTIONES AROMATICAE.

A.

DIAMBRA MESVES.

Rec. Cinnamomi
Doronici
Caryophyllorum
Macis
Nucis aromaticæ
Folij
Galangæ sing. drach. iii

Spi-

Spicæ nardi
Cardamomi vtriuſ.ſing.dr.i
Zingiberis drach.i.ſe.
Santali citrini
Ligni aloes
Piperis longi ſing.drach.ii
Ambræ drach.i
Moſchi drach.ſe.
Sacchari albiſſimi q. ß.

DIANISVM MESVES.

Rec. aniſi drach.xx
Glycyrrhizæ
